SUPPLÉMENT
AU LIVRE
DE
L'ANTIQUITÉ EXPLIQUÉE.

TOME TROISIEME.

SUPPLÉMENT
AU LIVRE
DE
L'ANTIQUITÉ
EXPLIQUÉE
ET
REPRÉSENTÉE
EN FIGURES.
TOME TROISIEME.
QUI COMPREND LES HABITS ET LES USAGES DE LA VIE.

Par Dom BERNARD DE MONTFAUCON, Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Maur.



A PARIS,

CHEZ
- GIFFART, rue S. Jacques.
- NYON, quai des Auguſtins.
- BRIASSON, rue S. Jacques.
- DAVID, rue des Mathurins.
- GANEAU, rue S. Severin.
- BAUCHE, quai des Auguſtins.
- DURAND, rue du Foin.
- CAVELIER, rue S. Jacques.
- GUILLYN, quai des Auguſtins.
- PISSOT, quai de Conty.

M. DCC. LVII.

AVEC PRIVILEGE DU ROI.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



TABLE DES CHAPITRES DU TROISIÉME TOME.

LIBER II.

Capita, protomæ & statuæ multarum Nationum cum Græcis & Romanis admixtæ, & alia ad ornatum spectantia.

LIVRE II.

Têtes, bustes & statuës de plusieurs Nations mêlées avec les Grecques & Romaines, & ce qui servoit à la parure.

LIVRE III.

La table des anciens, échansons & esclaves, vases Hétrusques & autres.

LIBER III.

Mensa veterum, pocillatores, servi, vasa Hetrusca & alia.

LIBER IV.

LIVRE IV.

As Romanus, ejuſque partes ac reductiones. Talentum.

L'as Romain, ſes parties & ſes réductions. Le talent.

LIVRE V.

Quantité immense d'or & d'argent des anciens.

LIBER V.

Quantum auri & argenti apud veteres esset.

LIBER VI.

Ædificia antiqua, columnæ, urbium portæ.

LIBER VII.

Balnea, thermæ, fons, nuptiæ, sigilla, theâtra, gladiatores, decursiones circenses, ludi, venatus.

LIVRE VI.

Bâtimens antiques, colomnes, portes de Villes.

LIVRE VII.

Bains, thermes, fontaines, noces, sçeaux, théâtres, gladiateurs, courses de chevaux, jeux, chasse.

LIVRE VIII.

Instrumens de musique.

LIBER VIII.

Instrumenta musica.

LIVRE IX.

Les feuilles à écrire, & les diptyques.

LIBER IX.

Chartarum & foliorum genera, Diptycha.

Fin de la Table des Chapitres du III. Tome.

SUPPLEMENT

SUPPLÉMENT
AU LIVRE
DE L'ANTIQUITÉ
EXPLIQUÉE ET REPRÉSENTÉE EN FIGURES.
TOME TROISIEME.
QUI COMPREND LES HABITS ET LES USAGES DE LA VIE.

SUPPLEMENTUM
AD OPUS
DE ANTIQUITATE
EXPLANATIONE ET SCHEMATIBUS ILLUSTRATA.
TOMUS TERTIUS.
QUI REM VESTIARIAM ET CÆTERA AD VITÆ USUM SPECTANTIA COMPLECTITUR.



LIVRE PREMIER.

Habits, ſtatues, Buſtes, têtes, & ce qui ſervoit à la parure chez différentes Nations.



CHAPITRE PREMIER.

I. Difficultés ſur les habits. II. Decidées ſur le latus clavus. *III. Et ſur la toge. IV. L'Empereur Tite avec ſa toge.*

I. IL n'eſt guére de partie de l'Antiquité plus curieuſe & plus intéreſſante que celle des habits ; & il n'en eſt point auſſi de plus obſcure. On eſt également embarraſſé de ſçavoir la forme d'un grand nombre d'habits dont les auteurs tant Grecs que Latins font mention, & de découvrir comment s'appelloient un grand nombre d'autres habits dont les monumens montrent la forme ſans en apprendre le nom.

II. De-là ſont venues les grandes diſputes entre pluſieurs critiques modernes ſur les habits des anciens : Il n'y en a preſque pas un ſur lequel ils ſoient d'accord. Les plus grandes queſtions ont été ſur le *latus clavus*, ou le clou large, & ſur la toge. Et quoique à mon avis, la queſtion ſoit préſentement décidée ſur l'un & ſur l'autre ; il ne laiſſe pas d'y avoir encore en Italie des gens qui croyent avec Ottavio Ferrari, que le clou large prenoit ce nom des figures rondes de couleur de

LIBER PRIMUS.

Veſtes, ſtatuæ, protomæ, capita, quæque ad ornatum pertinebant apud varias nationes.

CAPUT PRIMUM.

I. Circa veſtimenta difficultates. II. Solutæ quantum ad latum clavum ſpectat. III. Et quantum ad togam. IV. Titus imperator togatus.

I. NUlla inter antiquariæ rei partes ſpectabilior, & ad vetuſtatis notitiam utilior eſt, illa quæ circa veſtes cujuſcumque generis verſatur ; ſed nulla etiam obſcurior. Pari difficultate plurimarum veſtium à Græcis Latiniſque Scriptoribus memoratarum formam intelligimus, atque earum plerumque quarum formam monumenta repræſentant, nomina perquirimus.

II. Hinc inter Scriptores noſtri patrumque noſtrorum ævi lites exortæ, hinc diſputationes nondum terminatæ in formas veſtium ; vix aliquam reperias circa quam non digladientur. Quæ majoribus acrioribuſque ſunt quæſtionibus agitatæ, formam lati clavi & togæ ſpectant. Et quamvis, ut mihi quidem videtur, circa utramque veſtem ſoluta ſit quæſtio : non deſunt tamen hodieque, maximeque in Italia, qui cum Octavio Ferrario putent latum clavum id nominis accepiſſe, ex aſſumentis rotondis purpureis, quæ

pourpre qui se voyoient sur les habits : qu'on les appelloit *clavus*, parce que ces figures étant rondes, elles avoient la forme de la tête d'un clou ; que quand ces cercles étoient larges on les appelloit *latus clavus*, & quand ils étoient étroits, on les nommoit, *angustus clavus*. Je ne sçai si l'on peut dire, qu'un cercle, ou une figure tout à fait circulaire, est large ou étroite ; mais il me semble que c'est deviner contre la vraisemblance de dire que ces figures de pourpre s'appelloient *clavus*, parce qu'elles étoient rondes comme la tête d'un clou ; car outre que ce n'est que par accident que la tête du clou est souvent ronde & qu'il s'en trouve aussi de quarrées, de triangulaires, & d'autres figures ; un clou ne laisse pas d'être encore clou quand il a perdu la tête ; ce qui fait le clou, c'est la verge longue & pointue. On dit donc bien plus raisonnablement que ces larges bandes de pourpre, qui perçoient les toges & les autres habits, étoient ce qu'on appelloit *latus clavus*, & que quand ces bandes étoient étroites elles s'appelloient *angustus clavus*. Les passages des auteurs rapportés au même endroit peu après le commencement du tome troisiéme confirment ce que je viens de dire, sur tout un d'Ammien Marcellin, qui dit qu'une nappe clouée de pourpre paroissoit être toute de pourpre, après qu'on eut fait des plis qui cachoient tout le blanc. Voilà une preuve évidente que c'étoient des bandes & non pas des figures circulaires : cependant il y a apparence que cela sera encore contesté, jusqu'à ce que quelque peinture à fresque, ou quelque Mosaïque nouvellement découverte, fera foi que *vestis purpura clavata*, la robe clouée de pourpre, étoit celle qui avoit des bandes de pourpre inserées, plus larges pour les Senateurs & pour les gens du premier ordre, & plus étroites pour les autres de moindre qualité.

III. Quant à la toge dont nous avons donné tant d'images, il me paroît qu'il est présentement hors de doute, que c'étoit comme un surtout de demesurée longueur, tout ouvert par le devant, & non fermé comme un cotillon, je ne crois pas qu'on puisse désormais s'obstiner à soûtenir le sentiment du Ferrari, qui prétend que la toge étoit fermée de tous côtés, & qu'on laissoit au milieu un grand trou par où l'on passoit la tête & un bras. Je ne répéterai pas ici un grand nombre de passages d'auteurs, qui sont maifestement pour la toge ouverte,

---

in quibusdam vestimentis passim conspiciebantur : & clavum dictum fuisse, quia cum assumenta istæc rotunda essent, clavo, id est capiti clavi similia erant. Quando autem circulus major erat, latus clavus, quando minor, angustus clavus appellabatur. Utrum autem apte dicatur circulum, aut figuram rotundam, latam vel angustam esse, nescio, verum divinare mihi, & contra verisimilitudinem divinare videntur, qui dicunt, hasce figuras purpureas latum clavum dici quia ut caput clavi rotundæ erant : nam præterquam quod casu omnino accidit, ut caput clavi sit rotundum, cum alia quadrata, alia ad triangulum accedentia, alia diversæ sint figuræ, clavus certe perinde clavus est quando caput amisit : id vero quod clavum efficit & constituit virgula est ferrea cum acumine. Longe probabilius ergo dicitur : oblonga illa assumenta purpurea, seu virgas purpureas, ut quidam vocarunt, cum latæ erant, latum clavum, cum autem strictæ, angustæque erant, angustum clavum dictas fuisse. Auctorum vero testimonia eodem loco allata paulo post initium tomi tertii, hoc quod dicimus confirmant : præsertim autem ille Ammiani Marcellini locus liber. XVI. ubi de veteratore quodam loquens ait : *Cum vidisset linteorum toralium par, duos clavos ita latissimos, ut sibi invicem arte ministrantium cohærerent, mensamque operimentis paribus tectam intrinsecus, structuram omnem ut amictus adornaverat principales.* En sane argumentum pro nostra opinione evidentissimum, quo probatur assumenta illa oblonga fuisse, non rotunda. Attamen verisimile est rem adhuc contentionibus obnoxiam fore, donec aut pictura vetus quæpiam, aut musivo opere concinnata historia, controversiam de medio tollat, ostendatque vestem purpura clavatam illam fuisse, quæ virgas purpureas exhiberet, latiores pro Senatoribus, virisque primariis, angustiores vero pro viris in gradu inferiore positis.

III. Quod ad togam autem attinet, cujus tot protulimus imagines ; sublata mihi prorsus controversia videtur, ac mihi quidem liquidum est, fuisse vestem superiorem exterioremque, anterius apertam ut pallium, non autem undique clausam, ut quidam existimaverant. Persuasumque omnino habeo, neminem ultra Octavii Ferrarii opinionem propugnaturum esse, qui contendit togam fuisse vestimentum undique clausum, in medioque foramen magnum fuisse, per quod posset & caput & brachium dextrum emitti. Nec iterum afferam perquam multa illa veterum testimonia, quæ togam apertam fuisse probant, utpote

& que j'ai rapportés au même endroit. Pour se convaincre qu'elle étoit effectivement ouverte, on n'a qu'à jetter les yeux sur ce grand nombre de toges données après le commencement du troisiéme tome de l'Antiquité, & sur celles que nous donnons encore ici. Car quoiqu'il y en ait quelques-unes qui ne peuvent servir à éclaircir la matiere, parce que cet habit d'énorme longueur étoit relevé de plusieurs plis & replis, tours & contours, sans quoi il auroit traîné à terre; de sorte qu'en plusieurs statues on ne peut pas bien connoître, s'il y a une couture sur le devant ou non; il y en a bon nombre d'autres, où l'un des côtés de la toge ouverte descend jusqu'au dessous du genou; & d'autres où l'angle d'un des pans de la toge se voit manifestement sur le devant.

IV. L'Empereur Tite que nous donnons ici est tiré de Seaux, & copié d'après cette statue assise devant la porte de la gallerie qui regarde le jardin. Tite est fort raisonnable sur le marbre, quoique le nés ait été réparé de main moderne. Il s'en faut beaucoup qu'il ne ressemble aussi-bien dans l'image. Le dessinateur n'a pas trop bien réussi à attraper la ressemblance; c'est un coup de main de maître que de bien réussir en cela, & les grands maîtres mêmes sont journaliers là-dessus. Tite assis tient d'une main un bâton de commandement, & étend l'autre main, comme étant dans une grande action & comme s'il parloit devant quelque assemblée. Il est revêtu d'une tunique fort large avec la toge par dessus, ce grand & vaste manteau qui l'environne de toutes parts. Sa chaussure est remarquable, on n'en voit guere ailleurs de cette forme. PL. I.

---

jam suo prolata loco. Si quis rem accurate percipere intelligereque velit, adeat illas quas magno numero adhibuimus imagines togam & togatos repræsentantes, nempe paulo post initium tertii Antiquitatis explanatæ tomi; necnon illas quas mox daturi sumus. Licet enim ex illis quædam sint, quæ nullam huic rei lucem afferre valent: quoniam hujusmodi vestimentum, utpote longitudinis ingentis, complicatum replicatumque erat; in gyrosque varios reductum, ne deflueret; ita ut in quibusdam statuis vix discernere valeas, an ab anteriore parte clausum sit, necne; multa tament sunt, ubi apertam togam vides à collo ad usque genua & infra; aliaque non pauca, ubi unius lateris angulus in facie anteriore conspicitur.

IV. Titus Imperator quem hic proferimus, ex hortis Scellianis prodit, & ad illius statuæ sedentis fidem delineatus, quæ ad ostium porticus majoris versus hortos visitur. Titus porro in illa marmorea statua statim agnoscitur, etsi nasi pars maxima à recenti Sculptore concinnata fuerit. At in imagine nostra non perinde Titi vultus repræsentatur. Is enim qui me præsente delineavit, non omnino faciei lineamenta & formam expressit. Ea enim in re perfecto delineatore est opus; imo etiam egregii delineatores atque pictores, aliquando similitudinem accurate exprimere non possunt. Titus sedens dextera baculum curtum tenet imperantis more; alteramque manum extendit gestusque animi actionem indicat; ac si Titus cœtum magnum alloqueretur. Tunica indutus est latissima, cui superposita est toga, magnum illud vestimentum quo undique tegitur. Caligæ admodum spectabiles sunt, raroque, ni fallor, ipsis similes observantur.



CHAPITRE SECOND.

I. Marc Aurele avec la toge donnant audience publique. II. Forme de ſa toge, & comment on la mettoit. III. Habits de quelques gens de Provinces. IV. Autre image de Marc Aurele. V. D'où vient qu'il ſe trouve tant d'images de cet Empereur. VI. Autre image de Marc Aurele.

I. LE marbre Romain qui ſuit ornoit autrefois l'arc de Portugal à Rome ; mais cet arc ayant été détruit, le marbre a été placé au Capitole. Marc Aurele, ce bon Empereur, poſé ſur une grande baſe reçoit les placets, qu'on appelloit *libelli ſupplices*, de gens qui lui tendent les mains. Il lit un placet, un de ceux qui lui parlent en tient un autre, apparemment pour le lui préſenter après qu'il auroit lû celui-là. Attentif au bonheur des peuples, M. Aurele paſſoit une bonne partie de ſon temps à donner des audiences, & à pourvoir le mieux qu'il pouvoit aux beſoins du peuple des Provinces & même des particuliers. L'Empereur eſt revêtu de ſa tunique, dont les manches ne lui vont que juſqu'aux coudes, le reſte du bras demeurant nud. Les hommes, ne les portoient pas plus longues ; ceux qui en portoient, qui leur couvroient les bras juſqu'au poignet, paſſoient pour des gens efféminés. Par-deſſus la tunique M. Aurele porte la toge, ce grand manteau où l'on mettoit tant d'étoffe, qu'on ne pouvoit s'en ſervir qu'en le relevant, en le répliant, & lui faiſant faire pluſieurs tours.

II. Nous avons dit vers le commencement du troiſiéme tome, que la toge étenduë à terre avoit la figure d'un demi cercle, ſelon Denys d'Halicarnaſſe. Ce qui marque ſans doute un habit ouvert comme un manteau, & non pas fermé comme un cotillon, comme pluſieurs ont prétendu. Ciceron ſemble ſe déclarer pour notre ſentiment, lorſque parlant du luxe des partiſans de Catilina : Ils portent, dit-il, des tuniques à manches, qui leur deſcendent juſques aux talons, leurs toges ſont plutôt des voiles de navire que des toges. C'étoit donc une eſpece de manteau très-long tout ouvert, comme on le prouve encore par la coutume

---

CAPUT SECUNDUM.

I. Marcus Aurelius togatus ſupplicationes libelloſque omnium admittens. II. Ipſius togæ forma, & quomodo ea aptaretur. III. Provincialium quorumdam veſtes. IV. Aliud Marci Aurelii Schema. V. Cur tot ſtatuæ, protomæ & anaglypha hujus Imperatoris occurrant. VI. Alia Marci Aurelii imago.

I. ANaglyphum marmoreum ſequens Romanum, arcum quem olim vocabant Portugalliæ exornabat : verum poſtquam arcus ille dirutus fuit, marmor iſtud in Capitolium tranſlatum eſt. Marcus Aurelius, optimus ille Imperator, in baſi magna poſitus, libellos ſupplices accipit, manus tendentibus iis qui Auguſtum adeunt. Ipſe vero libellum legit, dum interea ex ſupplicibus alter libellum alterum tenet poſt lectionem primi offerendum. Sic populorum felicitati intentus Marcus Aurelius, audiendis plurimorum cauſis & querelis magnam temporis partem inſumebat : & quantum facultas ferret omnium ſingulorumque neceſſitatibus proſpiciebat, de provinciis recte adminiſtrandis, de ſubditis quibuſlibet allevandis ſollicitus. Imperator tunica primo induitur, cujus manicæ ad cubitum tantum pertingunt, ab hinc autem brachium nudum eſt. Non longiores viri manicas geſtabant, ſi qui vero manicas ad carpum uſque pertingentes geſtarent, ii molles & effeminati habebantur. Supra tunicam Marcus Aurelius togam habet, pallium nempe magnum illud, tam amplum ; adeo longum, ut ſupra dictum eſt, ut non niſi ſurſum ductum, reductum & complicatum in gyrum etiam actum geſtari poſſet.

II. Initio tertii tomi diximus togam humi extenſam undique, ſemicirculi ſive ἡμικυκλίυ ſecundum Dionyſium Halicarnaſſeum figuram habuiſſe : unde certiſſime liqueat fuiſſe illam apertam ut pallium, non autem undique clauſam ut tunicam, quam tamen ejus fuiſſe formam non pauci contenderunt. Opinionem noſtram firmare Cicero videtur, cum de luxu aſſeclarum Catilinæ verba faciens, dicit eos manicatis & talaribus tunicis, velis amictos fuiſſe, non togis, ubi vela navium haud dubie intelligit. Erat igitur magnum ceu pallium apertum ; id quod etiam probatur ex veteri Romanorum more, qui ad bellum

L'EMPEREUR TITE AVEC LA TOGE



1

des plus anciens Romains qui la portoient à la guerre ; & quand il falloit combattre, ils la ceignoient autour du corps à plusieurs tours, & la nouoient ensuite ; un tel vêtement étoit sans doute ouvert. La toge étoit d'une étoffe fort legere ; & si longue ordinairement, qu'elle auroit beaucoup trainé à terre, si on ne l'avoit relevée.

Sur cette toge de Marc Aurele, on conprend facilement comment on l'accommodoit. On la mettoit ordinairement sur l'épaule gauche, en sorte que l'épaule droite avec le bras du même côté étoient tout-à-fait libres. La plûpart des statuës & des monumens qui nous restent, la présentent ainsi. Cependant M. Aurele a dans cette image la toge sur l'épaule droite, & il semble qu'on ne puisse pas dire ici ce qu'on a dit sur ce petit nombre de statuës, qui ont la toge sur l'épaule droite, que le graveur a tourné l'image de l'autre côté, ce qui arrive souvent, car Marc Aurele tient le Placet de la main droite, du côté où est mise la toge ; & c'est celle-là qui est en action. La toge est donc mise sur une épaule ; le côté qui pend derriere est ramené sous le bras gauche, & remonte au travers de la poitrine jusques sur l'épaule, où elle repasse sous la toge, en sorte que l'angle en devoit pendre derriere. Le côté qui pend devant, descend d'abord jusqu'au genou, & remonte de-là par derriere jusques sur la même épaule, & descend encore sur la poitrine, ce qui fait que le bout & l'angle qui pendroient sur le devant, sont engagés sous l'autre pan, dont nous venons de parler, qui traverse la poitrine en remontant. On voit par-là la grandeur énorme de cette toge & combien ce surtout devoit être incommode : il n'y avoit que le long usage qui y put accoutumer. On mettoit la toge en différentes manieres qu'on peut observer sur ces figures, & sur un grand nombre d'autres que nous avons données dans l'Antiquité expliquée. On lui faisoit quelquefois faire sur le devant un renflement qu'on appelloit *sinus*, & la pointe de ce *sinus*, s'appelloit *umbo*. Les Romains qui sont derriere Marc Aurele portent la chlamyde espece de manteau plus court.

III. Ceux qui présentent leurs placets à l'Empereur sont des gens des provinces, comme on le reconnoît à leurs habits. Le premier, qui a la tête raze,

---

& pugnam proficiscentes togas gestabant : cum autem manus cum hoste conserendæ erant, sese togâ multis circumducta gyris præcingebant, nodoque postea firmabant ; toga enim ex levissimo ut plurium panno erat, & adeo longa, ut supra modum defluxisset, nisi reducta & circumducta fuisset.

Hac conspecta Marci Aurelii toga facile quo pacto ea adaptaretur intelligitur. Humero illa sinistro imponebatur ; ita ut dexter humerus dextrumque brachium omnino libera essent. Sic aptatam togam statuæ, sic monumenta pene omnia repræsentant. Attamen Marcus Aurelius in hac imagine togam humero dextro impositam habet : neque videtur hic dici posse quod de quibusdam statuis dicitur, quæ item togam habent humero dextro impositam, idquod raro accidit, nempe sculptorem sic imaginem expressisse, unt impressa illa inversa maneret, & quod dextrum erat, sinistrum evaderet ; illud vero non hoc loco evenit ; nam Marcus Aurelius dexterâ libellum supplicem tenet & brachium dextrum toga opertum est ; illoque tamen brachio gestus edit. Toga ergo humero imponitur : latus ejus quod à tergo pendet, sub brachium sinistrum reducitur, & supra pectus rursum agitur, donec ad humerum denuo perveniat, ubi sub toga ibi primo posita latet, ita ut angulus ejus retro pendere debeat. Quod autem latus togæ ante dependet, ad usque genu statim descendit ; hincque per posteriora ad humerum unde emissum fuit reducitur, posteaque iterum ante pectus defluit, angulusque ibi haud dubie videretur, nisi sub altera parte lateret, quam modo dicebamus per transversum pectus ascendere. Hinc cernitur quam ingentis illa toga amplitudinis esset, & quantum incommodi pareret istiusmodi vestis, nonnisi certe ex usus diuturnitate poterat togæ gestatio in consuetudinem verti. Verum toga non uno modo aptabatur : diversæ quippe rationes erant ejus aptandæ, reducendœ, circumplicandæ, quæ possunt omnes observari, in togatis illis quos magno numero protulimus in tertio Antiquitatis explanatæ tomo. Aliquando toga in parte anteriore sinum efficiebat, qui proprio nomine vocabatur sinus, & quod in sinu summum acutumque erat, umbo appellabatur. Romani illi qui pone Marcum Aurelium sunt chlamydem gestant, quæ chlamys est quasi pallium brevius.

Qui libellos supplices Imperatori offerunt, ex provinciis Romam accesserunt, id quod ex vestibus dignoscitur. Primus qui abraso capite est, vestibus est

est fort chargé d'habits dont la forme n'est pas aisée à connoître. Un autre bien plus grand, qui tient un Placet, a de longs cheveux frisés & liés d'une bandelete. Je croirois volontiers que c'est un Maure; il porte un manteau sur la chair nuë, en sorte que la poitrine, partie du ventre, l'épaule & le bras sont tous nuds. Cela convient fort bien aux Maures, les chlamydes qu'ils portent à la colonne Trajane sont sur la chair nuë. Cette longue chevelure frisée étoit propre aux Maures. De-là vient que Ciceron *de lege Agraria* dit du fils de Juba Roi de Mauritanie. *Adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus*, jeune homme non moins fourni d'argent que de chevelure. En effet dans les médailles de Juba, nous voyons la tête de ce Roi ornée de longs cheveux frisés. Tout ceci se passe devant un temple à quatre colonnes d'ordre Ionique.

Pl. III. IV. Un autre marbre Romain qui est au Capitole nous montre aussi Marc Aurele auquel la ville de Rome présente le globe ou l'empire de toute la terre. On croit que c'est après la mort de Lucius Verus, lorsque Marc Aurele resta seul Empereur. Il a la tête voilée d'un pan de sa toge: qui est ici posée sur l'épaule gauche, mais repliée & tournée différemment de la précedente. Cette toge paroît frangée, ce qu'on n'observe guere ailleurs. L'Empereur tient dans la main gauche un rouleau qu'on remarque souvent entre les mains des Sénateurs & des gens constitués en dignité. Sa chaussure est remarquable; c'est un *calceus* fermé de tout côtés, lié au cou du pied avec une bandelette dont les bouts descendent par-dessus le soulier. Ce qui est encore à observer, c'est que l'Empereur a la tête voilée comme pour faire un sacrifice: On en faisoit en ce temps-là en toute sorte d'occasions; sur-tout Marc Aurele, qui passoit tous ses prédécesseurs en superstion.

Entre Rome & Marc Aurele, on voit un Sénateur revêtu de la toge, & couronné aussi de laurier, & un autre sans barbe dont on ne voit que la tête, couronnée aussi de laurier. Ces couronnes de laurier se remarquent souvent dans les sacrifices, & dans les grandes Fêtes. Derriere M. Aurele sont un licteur avec ses faisseaux, & trois portenseignes dont deux ont la tête couverte de la peau du lion; tels que nous en avons vûs plusieurs au quatriéme tome de l'Antiquité. Les chaussures de la ville de Rome & du Sénateur qui est auprès sont fort à remarquer.

---

onustus, quarum vestium formam vix internoscere possis. Alium statura proceriorem, qui libellum supplicem tenet, longam calamistratamque comam habet, fascia alligatam, Maurum esse facile crederem; pallium nudæ cuti impositum gestat, ita ut pectus, pars ventris, humerus, brachium, nuda sint. Hoc porro Mauris apprime competit, quorum chlamydes in columna Trajana nudæ carni impositæ sunt. Coma illa oblonga & calamistrata in usu Mauris erat. Hinc autem Cicero de lege Agraria, de Jubæ Regis Mauritaniæ filio loquens, ait; *Adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus.* Et sane in nummis Jubæ Regis, ejus comam oblongam & calamistratam cernimus. Hæc porro omnia geruntur ante templum quatuor columnarum Ionici ordinis.

IV. Aliud item marmor Romanum in Capitolio positum Marcum Aurelium exhibet, cui dea Roma globum sive orbis totius imperium offert. Putatur autem id gestum post obitum Lucii Veri in imperio consortis, cum Marcus Aurelius solus Imperator mansit. Imperator velato capite est, togæ parte veli munus implente. Toga porro hic humero sinistro imposita est; sed longe alio modo reducta, convoluta & complicata. Hæc toga fimbriata esse videtur, id quod alibi per raro observatur. Imperator manu sinistra volumen tenet, quod sæpe Imperatores, Senatores, virique primarii gestant. Calcei Marci Aurelii spectabiles sunt. Undique enim obtecti & clausi sunt, & ubi pes tibiæ junctum est, fascia colligati, ita ut extrema fasciæ supra pedem defluant. Observandum etiam est Imperatorem velato esse capite, ac si sacrificium offerre velit. Illo enim ævo sacra frequentissime & quavis data occasione celebrabantur; maximeque à Marco Aurelio, qui plus quam omnes decessores sui superstitionibus deditus erat.

Inter Romam deam & Marcum Aurelium Senator est togatus lauroque coronatus: alter etiam lauro coronatus est, cujus solum caput visitur. Hæc laureæ coronæ sæpe observantur in sacrificiis inque magnis celebritatibus. Pone Marcum Aurelium lictor est cum fascibus: tres item signiferi, ex quibus duo caput leonis insigni obtectum habent; cujusmodi multos vidimus in quarto Antiquitatis explanatæ tomo. Calceorum Romæ & vicini Senatoris modus spectabilis

HABITS



Marbre Romain

2



HABITS



3   *Marbre Romain*   *Tome III*   3

marquer. Ce sont des *ocreæ* ou des especes de bottines qui renferment tout le pied jusqu'au milieu de la jambe, chargées de plusieurs ornemens & en haut de la tête d'un lion. La chaussure de M. Aurele est plus simple. L'angle de sa toge qui pend sur le devant, & qu'on observe de même à la toge du Sénateur, ne laisse aucun lieu de douter, que la toge ne fut un vêtement tout ouvert comme un manteau.

V. Il ne faut pas s'étonner de voir si souvent Marc Aurele revenir sur les rangs. Ce bon Empereur faisoit les délices du Sénat, du peuple & de toutes les Provinces. On lui érigeoit des monumens par tout. Après sa mort, sa mémoire étoit en si grande vénération, que les Empereurs, même ceux qui lui ressembloient les moins, comme Caracalla & Helagabale, affectoient de porter le nom d'Antonin; nom que ces Princes deshonoroient autant par leur conduite, que Marc Aurele l'avoit rendu respectable par sa vertu & par sa pieté, mais pour lequel on conservoit toûjours le même respect par rapport au Philosophe Empereur qui l'avoit porté, & qui à la religion près est le vrai modele des bons Princes. De-là vient qu'on trouve à Rome tant de monumens publics de cet Empereur. C'est peu de dire que tout âge, tout sexe, toute condition & qualité lui rendoit des honneurs divins, dit Capitolin, p. 102. on passoit pour sacrilegue quand on n'avoit pas son image dans la maison, si on avoit le moyen de l'avoir: On voit, poursuit-il; encore aujourd'hui dans plusieurs maisons, les statuës de Marc Antonin entre les dieux Penates: il y a même eu des gens qui ont assuré, qu'il leur avoit apparu en songe; & leur avoit prédit des choses qui étoient en effet arrivées. De-là vint qu'on lui bâtit un temple, & qu'on institua des prêtres nommés Antoniniens, une confrerie, des Flamines, & tout ce que l'Antiquité a établi pour le culte sacré. Ce culte étoit encore moins déraisonnable que celui de Jupiter, Neptune ou Apollon.

VI. Ce bon Prince se voit encore sur un autre marbre Romain, où il est représenté donnant audiance à des hommes qu'on reconnoit à leurs habits être Germains ou Daces. Ces peuples étoient à peu près vêtus de la même maniere. Un de ces supplians a un genou à terre & tend les mains à l'Empereur, qui est revêtu d'une tunique, & par-dessus d'une toge à l'ordinaire.

---

est. Ocreæ sunt, quæ totum omnino pedem obtegunt dimidiamque tibiæ partem, qui calcei multis fulgent ornamentis, & superne caput leonis habent. Calcei Marci Aurelii simpliciores sunt. Togæ angulus in anteriore parte pendens in Imperatoris simul & in Senatoris toga, nihil dubii relinquit quin toga esset amictus apertus quasi pallium.

V. Ne stupeas autem M. Aurelium ita sæpe videns in monumentis repræsentatum. Optimus enim ille Imperator & Senatus & populi & provinciarum omnium deliciæ erat. Monumenta ipsi ubique erigebantur. Post ejus obitum, Imperatores etiam ii qui profligatis erant moribus, quique ipsi maxime omnium dissimiles erant, ut Caracalla & Helagabalus, Antonini nomen affectabant: quod nomen perinde ipsi sceleribus suis dehonestabant, atque Marcus Aurelius virtute pietateque sua condecoraverat: sed quod nomen in honore maximo apud omnes erat Philosophi illius Imperatoris causa, qui unam si excipias religionem, Principum omnium exemplar esse possit. Hinc evenit ut tot illius monumenta passim occurrant. *Et parum sane fuit*, inquit Capitolinus 18. *quod illi honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere, vel debuit. Denique hodieque in multis domibus Marci Antonini statuæ consistunt inter deos Penates, nec defuerunt homines qui somniis eum multa prædixisse futura & vera concinuerunt. Unde etiam templum ei constitutum, dati Sarcerdotes Antoniniani, & sodales & Flamines; & omnia quæ de sacris decrevit antiquitas.* Hic sane cultus à recta ratione minus abhorrebat, quam cultus Jovis, Neptuni & Apollinis.

VI. Æquissimum illum Principem respicit etiam tabula sequens, ubi exhibetur multorum preces excipiens, quos ex veste vel Germanos vel Dacos esse comperio. Isti namque populi iisdem vestibus ut plurimum utebantur. Ex supplicibus unus genu in terram flexo manus ad Imperatorem extendit, qui pro more tunica, deinde toga amictus est. Hic quoque

C'eſt ici que l'on voit manifeſtement que la toge n'étoit pas un habit fermé comme un cotillon, mais ouvert comme un manteau. C'eſt ce que nous avons dit ſouvent, & qu'il ne ſera peut-être pas inutile d'avoir répété, y ayant encore bien des gens qui ſont dans l'erreur ſur ce ſujet. On y voit pendre cet angle qu'un manteau fait de chaque côté, où ſe terminent une ligne droite & une ligne courbe; ce bout pend aſſez bas, & il ne peut reſter aucune difficulté là-deſſus; L'autre angle eſt apparemment ailleurs caché dans ces tours & dans ces contours, dans ces plis & replis de la toge. La même choſe ſe voit dans la toge du Sénateur voiſin: de ſorte qu'on peut dire que la queſtion eſt préſentement décidée. Au lieu où ſe donne l'audience il y a deux colomnes, dont l'une eſt ronde & l'autre quarrée.

---

manifeſte deprehendimus togam non fuiſſe in anteriore parte clauſam ut tunicam, ſed apertam ut pallium, id quod ſæpe diximus, & ſæpe dixiſſe juvabit, quia forte non pauci adhuc ſecus exiſtimant. Angulus enim ille clare conſpicitur, ut in pallio, ubi linea recta cum linea curva concurrens, angulum efficiunt: qui angulus pendens multum extra veſtes verſus pedes defluit, ut nulla poſſit ſupereſſe difficultas. Alius autem angulus alibi latet obtectus in gyris illis & complicatis togæ partibus. Idipſum in toga vicini Senatoris videre eſt. Itaque jam ſolutam quæſtionem eſſe nemo, ſpero, negaturus. Eo in loco ubi preces ſupplicum excipit Imperator, duæ columnæ ſunt, alia rotunda, quadrata alia.



HABITS



Marbre Romain



CHAPITRE TROISIÉME.

I. Statuë & grouppe trouvés à Apt. II. Coëffure singuliere d'une femme. III. Aiguille qui entroit dans la coëffure d'une femme. IV. Statuë de sa fille. V. Autres Statuës. VI. Habit d'un Licteur.

I. LA statuë d'un jeune homme que l'on voit dans la planche suivante, & le grouppe qui représente une femme & une petite fille, ont été déterrés dans le territoire d'Apt en Provence, dans un champ qui appartenoit à un habitant de cette Ville. Des travailleurs en déracinant quelques ronces découvrirent ces statuës, qui sont, assure-t-on, d'un goût excellent. Les desseins m'en ont été envoyés par M. le Marquis de Caumont d'Avignon, qui a beaucoup de goût pour tout ce qui regarde l'Antiquité, & qui se plaît à obliger ceux qui travaillent à l'éclaircir. Et comme l'ornement de tête de la femme assise a quelque chose de fort singulier, M. le Bret Premier Président du Parlement de Provence a fait dessiner & graver cette tête de deux côtés, & m'a fait la grace de m'en envoyer l'estampe pour l'insérer ici. De sorte qu'on voit sur notre planche cette tête de trois côtés. PL. I. après la IV.

II. Cette coëffure approche fort de celle de Julia fille de l'Empereur Titus que nous voyons sur les médailles; mais celle-ci est bien plus relevée, & sur le devant & sur le derriere. Elle approche aussi beaucoup de cette belle tête du trésor de S. Denis gravée par Euhodus Sculpteur Grec sur une Aigue marine, que nous avons donnée à la XXIV. planche du 3e. tome de l'Antiquité. Il faut pourtant avouër que cette coëffure a quelque chose de plus singulier que celles-là: ces cheveux qui montent sur le devant en fontange à cinq ou six rangées de boucles sont fort à remarquer; le tout s'éleve comme par étages à un demi-pied au-dessus du front. Mais ce n'est rien en comparaison du spectacle qu'offrent ces mêmes cheveux sur le derriere de la tête; ils sont tressés, ou pour mieux dire

CAPUT TERTIUM.

I. Statua viri, & statua mulieris cum adjuncta filiola proxime Aptam Juliam in Gallo-Provincia reperta. II. Ornatus capitis singularis in muliere. III. Acus ad structuram ornatus capitis adhibita, in eaque manens. IV. Statua filiolæ ejus. V. Aliæ statuæ. VI. Lictoris vestis.

I. STatua viri illius imberbis quæ in sequinti tabula conspicitur; aliudque marmor mulierem filiolamque ejus repræsantans, haud ita pridem in agro Aptæ Juliæ in Gallo-Provincia, neque ita procul ab urbe reperta sunt, in quodam Aptensis civis prædio. Operæ quædam cum evellendis sentibus allaborarent, in has incidêre statuas, quas affirmant ii quibus explorandi facultas fuit, exquisitæ manus esse, & florentissimam artis ætatem olere, ac Græci artificis esse opinantur. Hujus monumenti delineatam imaginem mihi transmisit illustrissimus Marchio de Caumont Avenionensis, rei antiquariæ apprime studiosus, ac beneficentia sua celebrandus. Quia vero cultus capitis mulieris sedentis aliquid habet singularissimum, illustrissimus Aquensis supremæ Curiæ Præses muliebre caput secundum binos prospectus in ære incidi curavit, cusamque imaginem mihi hic locandam transmisit: ita ut jam secundum ternos prospectus caput illud muliebre in tabula sequenti conspicias.

II. Hic capitis cultus ad Juliæ filiæ Titi cultum, ut in numismatibus cernimus, accedit; at in schemate nostro ornatus ille & à fronte & à tergo altius erigitur. Tota vero capitis species schemati illi, quod ex thesauro San-Dionysiano expressimus admodum similis. Caput autem illud San-Dionysianum in lapide cui nomen *Aquamarina* ab Euhodo Sculptore Græco, qui nomen suum apposuit, elaboratum fuit, ut nos edidimus in tabula XXIV. tertii Antiquitatis explanatæ tomi. At ut vere fateamur in hoc capite Aquensi, aliquid spectabilius & ornatius cernimus. Coma namque illa quæ supra frontem erigitur quinque sexve cincinnorum ordinibus constat, ita ut tota machina supra radicem capillorum semipedalis extollatur. Verum quid hæc, si ad posterius spectaculum oculos convertas, & hoc relicto ornatu, ad illum quem posterior apparatus offert transeas. Capilli calamistra-

cordonnés à gros cordons, tournés, retournés, & agencés avec beaucoup d'artifice. Il n'est pas possible d'exprimer ici tout ce qu'un coup d'œil fait comprendre d'abord. On a peine à croire que les seuls cheveux d'une femme, ayent pû fournir tant de cordons sur le derriere, & tant de boucles sur le devant. Peut-être ajoûtoit-on d'autres cheveux pour cette espece de coëffure ; où il n'entre autre chose que des cheveux, & une aiguille sur le derriere, ou un poinçon en forme d'aiguille, qui retient tous les cordons & les tresses, sans lequel toute la coëffure se défairoit.

III. Cette aiguille qui entre dans la coëffure d'une femme, est un chose toute nouvelle, & que je n'avois encore vuë dans aucun monument. C'est ce qu'on appelloit *acus discriminalis*, qui servoit de peigne, comme quelques uns croyent. On s'en servoit pour débroüiller les cheveux, comme on fait avec les peignes; mais il falloit plus de temps : on ne convient pas même que l'*acus discriminalis* servit de peigne. Plusieurs croyent qu'elles ne servoient qu'à partager les cheveux à droit & à gauche par cette raye que les femmes laissoient sur la tête, & que nous voyons dans un grand nombre de statuës, mais non pas dans toutes. Tout cela étoit fort sujet à des variations, sur tout ce qui regardoit la parure des femmes, qui a toujours admis plus de changemens que tout le reste des coutumes & des usages.

IV. Cette femme assise est d'une stature un peu plus grande que l'ordinaire. Sa chaise est assez façonnée : ses habits sont une tunique & une espece de mante qui la couvre presque jusqu'aux pieds. Sa chaussure couvre tout le pied, aussi bien que celle de sa petite fille qui est debout auprès d'elle, & qui met sa main sur celle de sa mere : car il y a tout lieu de croire que c'est ici la mere & la fille. Celle-ci paroît avoir neuf à dix ans, ses cheveux sont agencés d'une autre maniere que ceux de sa mere; différentes modes suivoient différens âges. Son habit est une tunique qui descend jusqu'à terre, & par-dessus une petite juppe qui va jusqu'à la hanche, arrêtée au milieu par une ceinture. Tout ce grouppe est soutenu par une grande base quarrée, sur laquelle est une plus petite base aussi quarrée, qui tient à la grande, & qui sert de marche-pied à la Dame assise.

---

ti, sive, ut aptius loquar, ad modum funium contorti sunt, cum artificio magno ducti, reducti, complicati : in his autem describendis verba deficiunt, nec potest lingua proferre illa quæ uno intuitu oculus percipit. Vix autem credere possis ex mulieris unius capillis tot potuisse funes à tergo, ipsosque prægrandes, totque à fronte cincinnos efformari. Quid si dicamus aliunde invectos capillos fuisse ad istiusmodi tam amplum ornatum conficiendum, in quo nihil aliud prorsus admittitur, quam capilli, & acus à posteriore parte, quæ totam machinam continet, sine qua omnis ille funium apparatus dissolveretur.

III. Hæc acus magna, quæ in ornatum capitis muliebris inducitur, ut totum contineat, res est prorsus nova mihi, quam nusquam in aliquo veterum monimento me videre memini. Est autem acus discriminalis, quæ, ut existimant aliqui, pectinis loco usu veniebat; ita ut pectendis capillis adhiberetur, sed cum tali instrumento plus temporis insumebatur. Neque vero putant multi acum discriminalem pectendis capillis inserviisse : plurimi namque opinantur acum discriminalem deducendis hinc & inde capillis, relicta in medio capitis linea recta, in qua capillorum divortia fierent, quam lineam in multis statuis, nec tamen in omnibus, cernimus. Hæc enim mutationibus admodum obnoxia erant; id quod maxime de muliebri ornatu semper dictum fuit : in eum nempe plus varietatis invectum est, quam in cæteras omnes consuetudines.

IV. Hæc mulier sedens in Archetypo staturam vulgarem muliebrem paulułum excedit : in sella sedet sculpturis ornata. Vestes sunt tunica & palla sive peplum, quod ad usque fere pedes totam operit. Calceus totum pedem obtegit, ut & puellulæ quoque calceus, quæ puellula stat ante matrem, & manum immittit in ejus manum : certe vix est quod dubitemus hic matrem filiamque depingi. Hæc vero puella novem decemve annorum, si ex statura sit æstimandum, cultu capillorum omnino differt à matre : modorum diversitas ætatis varios modos sequebatur. Vestis est tunica talaris, & supra tunicam vestis alia infra cingulum defluens, quæ zona constringitur circa medium. Hasce figuras binas sustentat magna quadrata basis, supra quam majorem basin alia minor est sub pedibus matronæ sedentis.

FIGURES TRO

1. 2.



71

UVÉES A APT.



C'eſt dommage qu'aucune inſcription ne nous apprenne qui on a voulu repréſenter dans un grouppe ſi remarquable. Ce qui paroît certain, eſt que c'eſt quelque perſonne de grande qualité qu'on a repréſentée avec ſa fille. Il y a quelque apparence que c'étoient la femme & la fille de quelque Préteur, ou d'un Préfet des Gaules, ou enfin de quelque autre perſonne à peu-près de ce rang. La queſtion eſt ſi c'eſt une ſtatuë en l'honneur de la Dame, pour être miſe dans quelque ville en quelque lieu public, ou dans la maiſon, ou dans quelque jardin; ou ſi c'eſt une ſtatuë pour mettre dans quelque tombeau, ou dans un mauſolée, ou dans quelque voute ſouterraine. On en mettoit comme cela pour les défunts, & quelques-uns même les faiſoient faire pendant leur vie. On découvrit à Perto pendant mon long ſéjour à Rome, dans une voute ſoûterraine deſtinée qour la famille Cæſennia, deux grandes ſtatuës, une d'un homme vêtu en Sénateur, l'autre d'une femme vêtuë à la Romaine, qui avoit deux pendans d'oreille d'or, dont l'un avoit la figure de Jupiter, l'autre celle de Junon; de plus la ſtatuë d'un petit enfant leur fils. Ce fut Aulus Cæſennius Hermas qui fit faire ces ſtatuës pour lui & pour ſa femme, comme portoit une inſcription trouvée là auprès: il n'eſt pas parlé dans l'inſcription du petit enfant, peut-être parce qu'il n'étoit pas encore mort quand l'inſcription fut faite.

Si l'on fouilloit autour de l'endroit où l'on a trouvé cette ſtatuë, on découvriroit quelque inſcription qui nous apprendroit bien des choſes; comme l'inſcription d'Aulus Cæſennius Hermas ſe trouva auprès en fouillant tout autour. Au reſte, comme Cæſennius fit faire ces ſtatuës de ſon vivant pour lui & pour ſa femme vivante, celles-ci pourroient auſſi avoir été faites de même, quoiqu'on ne puiſſe rien aſſurer: car on hazarde preſque toujours en portant ſon jugement ſur ces ſortes de monumens, quand ils n'ont point d'inſcription.

V. La Satuë de l'homme qui a été trouvée au même endroit a, aſſure-t-on, de hauteur, neuf palmes meſure du pays, cela veut dire ſix pieds quelques pouces, ce qui fait la taille héroïque. On aſſure que l'ouvrage eſt d'une excellente main. L'un des bras eſt caſſé, & a été trouvé auprès; mais preſque ſans doigts à la main qui eſt la gauche. C'eſt un jeune homme d'environ trente ans, qui n'a d'autre habit qu'une eſpece de manteau, qui lui laiſſe le corps tout nud

---

Miror certe, ac ſimul ægre fero nullam inſcriptionem adeſſe, qua doceamur quam tam inſignem mulierem tam nobili ſculptoriæ artis opificio repræſentare voluerint, id enim prorſus certum indubitatumque videtur, hic quamdam ex primariis feminis exhiberi cum filia ſua. Erat, ut quidem veriſimile eſt, uxor aut Prætoris cujuſpiam, aut Præfecti Galliarum, aut demum cujuſdam inter primores & proceres conſpicui. Jam vero quæritur an hujuſmodi ſtatua in urbe locoque publico ponenda concinnata fuerit, vel domi, vel in horto locanda, an vero conſtituenda in ſepulchro, vel in mauſoleo, vel in hypogæo, vel in ſubterraneo fornice. Nam inſtiuſmodi quandoque pro defunctis ponebantur, vel etiam dum viverent parabantur. Cum Romæ verſarer, in Portu Romano detectæ fuerunt in hypogæo pro familia Cæſennia deputato, duæ grandes ſtatuæ, viri ſenatorii una, altera vero uxoris ejus, quæ Romanarum more induta erat, & in aures duas aureas geſtabat, quarum altera Jovis, altera Junonis effigiem præ ſe ferebat: aderat præterea ſtatua filii eorum pueruli. Has porro ſtatuas Aulus Cæſennius Hermas pro ſe ſuaque uxore dum viveret apparari juſſerat, ut inſcriptio in eodem loco reperta ferebat; de puerulo nihil habet inſcriptio, forte quia nondum obierat, cum inſcriptio poſita fuit.

Si eo in loco ubi hæ ſtatuæ repertæ ſunt, diligens perquiſitio fieret; ſi terram circumquaque ſuffoderent, aliqua forte inſcriptio erueretur, quæ multa doceret; quemadmodum illa inſcriptio Auli Cæſennii Hermæ à fondientibus circumquaque detecta eſt, quia prope hypogæum poſita fuerat. Cæterum ſicut Cæſennius dum viveret ſtatuas, nempe ſuam & uxoris fieri curaverat; hæ quoque fortaſſe eodem factæ fuerint modo, etſi nihil ea de re certo dici poſſit: cum nulla adeſt inſcriptio, de hujuſmodi monumentis ſine periculo errandi vix unquam judicium ferri poteſt.

V. Statua viri eodem loco detecta eſt, altitudine, inquiunt ii qui viderunt & experti ſunt, palmorum novem. Novem autem palmi ſex circiter pedes & aliquot pollices efficiunt, eſtque illa ſtatura heroïca: narrant autem elegantiſſimæ manus opificium eſſe. Alterum brachium fractum prope ſtatuam repertum eſt, ſed ſublatis ferme digitis eſt brachium ſiniſtrum. Vir eſt juvenis annorum circiter triginta, qui nullum alium habet amictum quam pallium, quo partem corporis obtegit ab umbilico & infra: cruribus item

jusqu'au dessous du nombril, il a de même les jambes & les pieds nuds; mais tous les orteils sont cassés. Cet homme se tient sur une base, sur laquelle s'éleve une colomne qui lui sert d'appui. Que dire sur cet homme, qui est, dit-on, d'un travail des plus exquis? Il y en a qui l'ont pris pour un Apollon : mais il n'en a aucune marque ni aucun symbole. Il n'y a non plus aucune apparence que ce soit quelque autre Dieu, rien ne porte à dire cela, même par conjecture. Le prendre aussi pour le mari de la femme qui a été trouvée tout auprès, il n'y a rien qui puisse porter à le croire. Auroit-on mis près d'une femme habillée en Dame de grande qualité son mari presque nud? On ne sçait pas d'ailleurs si la statuë de cet homme a quelque rapport à celle de la femme. D'habiles Sculpteurs pourront peut-être juger en considérant la statuë & le grouppe, si l'un & l'autre sont de la même main. Si l'un étoit fait pour l'autre, ce pourroit être ou le mari ou le fils de cette femme : & en ce cas-là on seroit bien empêché de donner raison pourquoi on l'a mis ainsi presque nud. Quoi qu'il en soit, cet homme qui n'a pas les cheveux à la Romaine, est apparemment un Gaulois,

Quelqu'un dira peut-être que c'est un esclave de la Dame, & se fondra sur ce qu'il y a des exemples où les maîtres ont fait faire des statuës pour leurs esclaves, il citera la planche CXXXI. du cinquiéme tome de l'Antiquité, où deux esclaves sont représentés avec leur maîtresse allant à un mausolée. Mais ce seroit deviner que suivre quelqu'une de ces conjonctures. Il vaut mieux rester dans le doute, en attendant quelque éclaircissement.

Depuis que j'eus écrit ceci, M. de Mazaugues m'apporta l'inscription suivante, qui a été trouvée auprès de ces statuës; mais non pas tout-à-fait au même endroit. Cette inscription que j'ai fait graver ci-après, se doit lire ainsi. *Lucio Allio Severo Caius Allius Celer patruo testamento poni jussit. Item statuas duas patri...... in quarum statuarum dedicationne heredes ex formula testamenti decuriis singulis denarios septuaginta duos dederunt.* Le sens de l'inscription est que Caius Allius Celer a fait ériger ce monument à Lucius Allius Severus son oncle, & deux statuës au pere....... & qu'au jour de la dédicace de ces statuës, les héritiers distribuerent, selon la teneur du testament, soixante-douze deniers à chaque décurie.

Ce que Caius Allius Celer a fait ériger en mémoire de Lucius Allius Se-

---

pedibusque nudis est, sed omnes pedum articuli fracti sunt. Vir basi impositus est, ex qua basi surgit columna qua nititur ipse. Quid de tali viro dicatur, quem elegantissimæ manus esse affirmant. Sunt qui Apollinem esse dicant. Verum Apollinis nullum vel signum vel symbolum habet. Nec alter deus dici posse videtur; ne conjectura quidem ulla suppetit, qua deorum aliquem esse dicamus. Conjugem autem mulieris eodem loco repertæ dicere vix ausim. An tanto decorata mulier ornatu virum habuerit seminudum, nudis cruribus & pedibus, illud certe verisimile non est. Nescitur etiam an aliquid affinitatis sit inter hanc statuam illamque mulieris. Si quis inter peritissimos artificium utramque statuam exploraverit, forte noverit an ex eadem artificis manu ambæ prodierint. Si hæ statuæ alia pro alia factæ fuerint, esset forte aut vir aut filius istius mulieris; sed tunc quis divinare posset cur cum tam culta & exornata muliere, seminudum vel conjugem vel filium posuerint.

Dicet forte quispiam esse servum matronæ illius, & exempla afferet aliorum, qui servis suis statuas erigi curaverunt: vel etiam tabulam CXXXI. quinti Antiquitatis explanatæ tomi allegabit, ubi duo servi cum domina sua ad mausolæum quodpiam properant. Sed non nisi divinando vel hanc vel aliam conjecturam sequare. Res dubia maneat, donec aliquid certius emergat.

Posteaquam hac scripseram, v. cl. D. de Mazaugues jam Lutetiæ degens, attulit mihi inscriptionem sequentem, quæ prope statuas illas reperta fuit: neque tamen eodem prosus loco. Inscriptio autem quam in tabula exprimi curavi, sic legi debet: *Lucio Allio Severo Caius Allius Celer patruo testamento poni jussit. Item statuas duas patri...... in quarum statuarum dedicatione heredes ex formula testamenti decuriis singulis denarios septuaginta duos dederunt.*

Id quod Caius Allius Celer in Lucii Allii Severi memoriam erigi curavit, hæc inscriptio sepulcralis

II. Lapis ille Muſei Regii [3] qui ſequitur, in poſterioribus ſæculis pro triumpho Joſephi in Ægypto habitus fuerat. In hoc autem ſæculo antiquariæ rei peritia inſignito, hîc Germanicus & Agrippina deprehenſi ſunt, Cereris & Triptolemi formam præferentes, ipſo Cereris curru vecti: eſtque fortaſſe monumentum pietatis Caligulæ, quæ anno imperii ejus primo tantopere celebrata fuit.

Nihil apud profanos illos veteres frequentius illa comparatione deorum dearumve cum principibus utriuſque ſexus, etſi perſæpe nulla affinitas, ſimilitudo nulla intercedat. Exempla hujuſcemodi frequentiſſima occurrunt in antiquis monumentis. Verum Germanicus & Agrippina deliciæ atque ſpes populi Romani, veterum temporum imagines unicæ, uti ſuo tempore vocitabantur, jure poterant comparari cum numinibus perpetua beneficentia inſignibus. Hæc excerpta ſunt ex monumentis Academiæ Litteratorum tom. 1. p. 278.





CHAPITRE SEPTIÉME.

I. Beau buste de Marcus Modius Médecin Méthodique. II. En quel temps la méthode de médecine fut inventée. III. Agathemere autre Médecin avec Myrtale sa femme. IV. Monument de Tibere Claudius Menecratés excellent Médecin.

Pl. VIII. I. VOici un monument des plus curieux. C'est un buste de bronze de grandeur naturelle, qu'on voit au cabinet de M. le Maréchal d'Etrées. L'inscription sur la base, & deux vers gravés sur la poitrine, nous aprennent le nom & les qualités de celui qui y est représenté. On lit sur la base, Μ. ΜΟΔΙΟϹ ΙΑΤΡΟϹ ΑϹΙΑΤΙΚΟϹ ΜΕΘΟΔΙΚΟϹ. *Marcus Modius, Médecin Asiatique Méthodique.* Les deux vers sur la poitrine sont en ces termes.

ΙΗΤΗΡ ΜΕΘΟΔΟΥ ΑΣΙΑΤΙΚΕ ΠΡΟΣΤΑΤΑ ΧΑΙΡΕ
ΠΟΛΛΑ ΜΕΝ ΕΣΘΛΑ ΠΑΘΩΝ ΦΡΕΣΙ ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΛΥΓΡΑ.

Il manque un pied à ce dernier vers. Le sens est : *Bien vous soit, Médecin Asiatique, Prince des Médecins Méthodiques, qui avez éprouvé beaucoup de bonnes & de mauvaises fortunes.* Selon cette inscription c'étoit un fameux Médecin, dont il n'est pourtant parlé dans aucun auteur. Les Médecins qui ont fait le plus de recherches sur les anciens de leur profession, ne font nulle mention de Marcus Modius, hors un, à qui j'ai donné ces deux inscriptions avec la traduction. Si l'on pouvoit tirer quelque conjecture certaine de l'âge où il a vécu sur la forme du caractére Grec, il faut qu'il ait fleuri sous les premiers Empereurs. Les lettres y ont conservé l'ancienne forme dans les deux vers écrits sur la poitrine. Les *Sigma* & les *Epsilon*, y ont conservé l'ancienne figure, Σ, Ε. C'est dans les deux vers seulemens; car dans l'inscription de la base tous les *Sigma* qui s'y trouvent au nombre de cinq, sont ronds; ce qui fait conjecturer qu'elle aura été mise

---

CAPUT SEPTIMUM.

I. Elegans protome Marci Modii Medicis methodici. II. Quo tempore adinventa fuerit medicina methodica. III. Agathemerus alter Medicus cum Myrtale uxore. IV. Monumentum Tiberii Claudii Menecratis Medici clarissimi.

I. HOc monumentum inter spectabilissima censendum, est protome ænea humanæ magnitudinis in Museo D. Marescalli d'Etrées. Inscriptio in basi posita, duoque versus in pectore scripti, nomen & præstantiam ejus qui hic repræsentatur edocent. In basim legitur: Μ. ΜΟΔΙΟϹ ΙΑΤΡΟϹ ΑϹΙΑΤΙΚΟϹ ΜΕΘΟΔΙΚΟϹ *Marcus Modius Medicus Asiaticus Methodicus.* Duo versus in pectore scripti sic habent.

ΙΗΤΗΡ ΜΕΘΟΔΟΥ ΑΣΙΑΤΙΚΕ ΠΡΟΣΤΑΤΑ ΧΑΙΡΕ ΠΟΛΛΑ ΜΕΝ ΕΣΘΛΑ ΠΑΘΩΝ ΦΡΕΣΙ ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΛΥΓΡΑ.

In postremo versu pes unus desideratur, sensus est: *Salve, Medice Asiatice, methodi Princeps, qui bona multa & tristia plurima animo expertus es.* Si sit inscriptioni fides, Medicus erat hic celeberrimus, cujus tamen, ni fallor, mentio nulla apud Scriptores est. Medici illi qui omnia nostro ævo explorarunt, ut medicos veteres colligerent, eorumque historiam texerent, Marcum Modium nusquam commemorant uno excepto, cui hasce duas inscriptiones cum interpretatione Latina dedi. Si qua ex charactereGræco, conjectura duci posset circa ætatem quâ vixit hic medicus, floruerit oportet sub primis Imperatoribus. Litteræ priscam servant formam in duobus illis versibus in pectore scriptis Σ & Ε sic scribuntur retenta prisca forma sua; idque in duobus versibus tantum qui supra pectus scripti sunt, secus autem inscriptione ad basim posita littera *Sigma* quinquies repetita sic semper scripta est C; unde conjicimus hanc inscriptionem longe posteriori tempore in basi positam fuisse, fortasse ab aliquo ex

STATUES ET BUSTES

1



Memorie Bresciane.

2



de nôtre Cabinet.

3



du Cabinet du Roy.



dans des temps posterieurs par quelqu'un de ses descendans, ou par quelqu'autre, qui voyant que le nom de ce grand médecin, que ces deux vers célébrent, ne s'y trouvoit point écrit, l'aura voulu mettre sur la base pour en conserver la mémoire à la postérité. C'est ce que prouve manifestement cette différente forme des lettres : l'inscription de la base est sans doute d'un temps posterieur à l'autre. Depuis le siécle d'Auguste ces deux lettres Ε, & Σ, comme trop longues à former, furent arrondies ainsi ϵ ϲ, afin que le trait fût plus facile. Cela ne s'établit pas tout d'un coup ni d'abord dans tous les Pays, mais insensiblement la coutume s'en introduisit si bien, que vers la fin du troisiéme siécle on ne trouve plus guere dans les inscriptions Grecques Ε, Σ; mais presque toujours ϵ, ϲ, & cette derniere forme fut tellement établie, que dans les plus anciens manuscrits Grecs écrits en lettres capitales, on ne trouve jamais d'autre forme, comme nous avons fait voir au long dans la Paleographie Grecque l. 2. chap. 6. Dans les deux vers les lettres & les syllabes se trouvent souvent séparées dans l'original comme dans l'estampe, aux endroits mêmes où elles doivent être jointes.

II. Marcus Modius aura donc apparemment vécu près du temps d'Auguste. Il est appellé Médecin Méthodique, & Médecin de la méthode. Celui qui introduisit la méthode dans la Médecine, fut Themison, qui vivoit, à ce qu'on croit, du temps de Pompée. De-là sont venus les Médecins Méthodiques, dont Marcus Modius étoit de son temps le plus renommé dans l'Asie. On demande si l'inscription est sépulcrale. Les deux vers semblent l'indiquer, χαῖρε qui s'y trouve, & qui veut dire *Vale*, *adieu*, se lit souvent dans les épitaphes. Je crois volontiers que ce buste étoit sur la tombe, ou sur le mausolée de Marcus Modius. Pausanias dit des Sicyoniens, qu'ils enterroient leurs morts en cette maniere : *Il couvrent de terre le cadavre, & dressent sur une base de pierre des colomnes, sur lesquelles ils érigent un fronton semblable à celui qu'on voit aux temples. Ils ne mettent point d'inscription sur le monument, mais appellant le défunt par son nom, sans y ajoûter celui de son pere, ils lui disent adieu :* κελεύουσι τὸν νεκρὸν χαίρειν Les Sycioniens leur disoient adieu, sans écrire ou graver sur la pierre : mais les autres Grecs met-

nepotibus, sive ab alio, qui cum videret in his duobus versibus qui medicum illum tantopere celebrant, ejus nomen non adscribi, ipsum ad basim insculpi curaverit, ut ejus memoria ad posteros transiret. Illud vero ex diversa illa litterarum forma manifeste probari videtur: inscriptio enim illa in basi, longe posteriori tempore scripta fuit. A sæculo Augusti duæ illæ litteræ Ε & Σ, utpote quæ difficilius efformarentur, & longiori intermissoque ductu opus haberent, rotundiores factæ ita scribi cœperunt ϵ, ϲ, ut ductus facilior esset. Illud vero non statim unoque tempore in consuetudinem abiit, neque ubique simul ita usu venit: verum sensim atque ita usus tandem invaluit, ut versus finem tertii sæculi paucæ reperiantur inscriptiones ubi hæ litteræ Ε & Σ sic occurrant, sed fere ubique ϵ ϲ: quæ ultima forma sic adoptata fuit, ut in antiquissimis omnium manuscriptis Græcis, qui unciali charactere scripti sunt, nulla alia forma usquam comparet, ut diximus in Palæographia nostra Græca l. 2. c. 6. In duobus autem illis versibus supra pectus Marci Modii descriptis, litteræ atque syllabæ ita separatæ sunt, ut in tabula sequenti, in iis etiam locis ubi vel cum præcedentibus vel cum sequentibus conjungi debent.

II. Marcus igitur Modius circa tempus Augusti vixerit, ut conjectura assequi possumus. Vocatur autem Medicus Methodicus, aut Medicus Methodi. Is qui methodum in Medicinam induxit, Themison fuit, qui vixit, ut putatur, Pompeii tempore: inde profecti sunt Medici methodici, ex quorum numero Marcus Modius suo tempore celeberrimus erat in Asia, si fit inscriptioni fides. Quæritur autem num inscriptio sepulcralis sit. Duo illi versus sepulcralem arguere videntur: χαῖρε, quæ vox in illa occurrit, & significat vale, in sepulcralibus inscriptionibus sæpe occurrit. Libenter credam hanc protomen in sepulcro aut in Mausoleo Marci Modii positam fuisse. De Sicyoniis ait Pausanias lib. 2. cap. 7. *Ad hunc fere modum suorum cadavera condunt Sicyonii: corpus terra contegunt, deinde lapidea basi exstructa columnas erigunt: quibus fastigia imponunt, eadem specie quâ in templis; inscriptionem nullam ponunt: sed ejus quem extulerunt nomen appellantes, patris mentione prætermissa, illum valere jubent,* κελεύουσι τὸν νεκρὸν χαίρειν. Sicyonii illos valere jubebant, non insculpto in petra nomine; sed

toient ſouvent ſur les tombeaux χαῖρε *adieu*, comme nous verrons pluſieurs fois au cinquiéme tome. Les deux vers qui diſent qu'il a éprouvé beaucoup de bonnes & de mauvaiſes fortunes, ont auſſi tout l'air d'une épitaphe. Suivant cela il ſeroit peut-être mieux de mettre au lieu de *bien vous ſoit, Médecin; adieu, Médecin, &c.* Le ſecond vers eſt parodié d'un vers du quatriéme livre de l'Odyſſée d'Homere, où il eſt parlé du breuvage que fit Helene, qui avoit la vertu de faire oublier les maux & les malheurs préſens, & qui à cauſe de cela étoit appellé Νηπενθὴς, *exempt de tout deuil.* Ce vers eſt.

φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Pl. IX. III. Voici un autre Médecin avec ſa femme, dont les buſtes ont été mis à leur tombeau. A en juger par ces images la femme paroît beaucoup plus âgée que le mari. Il y a même eu des gens qui ont douté laquelle de ces deux figures étoit celle du Médecin; mais la coëffure & le ſein qu'on voit dans l'une décident, ce me ſemble, que c'eſt une femme. Le Médecin qui s'appelloit Claude Agathemere, paroît un bel homme à la fleur de ſon âge. La coëffure de ſa femme, dont le nom étoit Myrtale, eſt fort extraordinaire. Elle ne paroît faite que de cheveux comme cordonnés, qui montent en diminuant toujours en pain de ſucre. Elle a ſur le derriere de la tête un voile qui lui deſcend ſur les épaules. L'épitaphe conſiſte en quatres vers élegiaques, dont le ſens eſt tel.

Je repoſe ici moi Claude Agathemere, Médecin qui avois la connoiſſance des remedes pour toute ſorte de maladies. Ce ſépulcre m'eſt commun avec ma femme Myrtale, & nous ſommes tous deux avec les gens de bien dans le champ Elyſien. Les *Epſilon* & les *Sigma* ont ici tous l'ancienne forme, ce qui fait juger que le monument a été fait aux premiers ſiécles du Chriſtianiſme.

IV. Un autre Médecin dont nous n'avons que l'urne & l'inſcription ſépulcrale, vient encore ſur les rangs. Sa vraye place auroit été le cinquiéme tome, mais nous ne voulons pas le ſéparer de ſes confréres Médecins qui ont brillé dans leur temps, quoique les deux premiers ne ſoient préſente-

---

alii Græci ſæpe in ſepulcris inſcribebant χαῖρε vale, ut ſæpe videbimus in tertio tomo. Duo item verſus in quibus dicitur ipſum plurima bona & mala expertum eſſe; epitaphii formam ſtylumque habent. Secundus porro verſus ex quarto Odyſſeæ Homeri fere totus excerptus eſt, ubi de potione illa ſermo eſt quam apparabat Helena, quæ id præſtabat, ut præterita præſentiaque mala in oblivionem irent, eaque de cauſa vocata potio fuit νηπενθὴς, id eſt, à luctu exemtio. Verſus porro ille talis eſt

φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

III. En alium medicum cum uxore, quorum protomæ in ſepulcro poſitæ fuerant. Si ex imagine illa ex archetypo expreſſa judicium ſtatuatur, uxor marito longe ſenior videtur. Nec defuere qui dubitaverint utra protome Medici eſſet. Verum cultus capitis & ſinus muliebris mulierem haud bubie in altera protome deſignant. Medicus qui Agathemerus vocabatur, eleganti forma & in ætatis flore eſſe videtur. Cultus capitis uxoris ejus, cujus nomen Myrtale erat, admodum ſingularis & inſolitus eſt. Ex unis capiliis in funiculos concinnatis, circumductis, & in conum deſinentibus tota machina ſtructa eſt. In occipite velum impoſitum eſt, quod in humeros defluit. Epitaphium eſt quatuor verſuum elegiacorum, hoc ſenſu: *Claudius Agathemerus medicus hic jaceo, qui morbo cuivis præſentiſſimum noveram remedium. Commune hoc mihi eſt & Myrtalæ conjugi monumentum: cum piis autem nos ſumus in Elyſio.* Litteræ Ε & Σ hic antiquam formam retinent, unde arguatur monumentum prioribus à Chriſto nato ſæculis erectum fuiſſe.

IV. Alius accedit Medicus, cujus urnam tantum & inſcriptionem ſepulchralem habemus. Congruens ipſi locus fuiſſet in tomo quinto ubi de funeribus & ſepulcris. Verum ne ab aliis qui ſuo tempore floruerant medicis ipſum ſegregaremus, in ſerie aliorum hunc etiam locare viſum eſt. Duo autem alii ex ſolis

MARCUS MODIUS MEDECIN



de Mr. le Mar. d'Estrees.

ment connus que par leurs épithaphes. Celui-ci eſt apparemment le même qui eſt cité ſous le nom de Menecrates par Galien *Pharmac. local. lib. 6. & Pharmac. general. l. 7. c. 9.*

A Tibere Claude Menecrates de la Tribu Quirina, Médecin des Céſars, premier auteur d'une logique Médicinale, fort claire, en cent cinquante-cinq traités, en conſidération deſquels les villes principales ont fait des decres en ſa faveur & en ſon honneur. Ses amis ont érigé ce monument à l'auteur de leur ſecte.

De deux Auteurs qui dans ces derniers temps ont écrit en François ſur les Médecins & ſur la Médecine, aucun ne s'eſt donné la peine de traduire cette inſcription ſi inſtructive ; mais l'un qui a plus approché de la vérité, a cru qu'elle diſoit que Menecrates avoit été médecin de Tibere & de Claude ; & l'autre dit que ſelon cet épitaphe il eſt mort ſous Claude ; mais l'épitaphe ne dit rien de cela : Τιβερίῳ Κλαυδίῳ, qui eſt au commencement, eſt le nom & le prénon Romain qu'avoit pris Menecrates. Car ſous l'Empire Romain les Grecs prenoient des noms & des prénoms Romains, comme tout le monde ſçait. Les inſcriptions en fourniſſent un grand nombre d'éxemples. Ils ſe rangeoient auſſi fort ſouvent ſous quelque Tribu Romaine, comme Menecrates eſt ici rangé ſous la Tribu Quirina.

Ce Menecrates étoit donc un Médecin des plus fameux : c'eſt, ſelon toutes les apparences, celui de ce nom dont Galien parle avec éloge, & dit qu'il a vécu après Antonius Muſa Médecin d'Auguſte. Il compoſa en cent cinquante-cinq traités (une autre leçon a cent cinquante-ſix) une logique médicinale, λογικὴν ἰατρικὴν, & fut honoré par les décrets des villes les plus conſidérables. Il établit un nouveau ſyſtême de Médecine, & eut pluſieurs ſectateurs. Voilà bien des choſes qu'une inſcription nous apprend, ce qui montre quel cas on doit faire de ces monumens. Il eſt appellé Médecin des Céſars, ce qui doit s'entendre d'Auguſte ſur la fin de ſa vie ; de Tibere, ou de Claude, dont il a pris le nom & le prénom, ſuivant la coutume de ces temps-là.

---

inſcriptionibus noti ſunt. At hic is ipſe videtur eſſe qui à Caleno Menecratis nomine laudatur Pharmac. local. lib. 6. & Pharmac. general. lib. 7. cap. 9. Senſus autem Græcæ inſcriptionis hic eſt.

Tiberio Claudio Menecrati ex tribu Quirina, medico Cæſarum, ac propriâ ſibi Logicæ perſpicuæ de medicina tractantis auctori, libris centum quinquaginta quinque, quorum gratia honoratus fuit ab urbibus præcipuis per decreta legitima. Amici ejus ſuæ ſectæ principi & Heroi hoc monumentum erexerunt.

Ex duobus nuperis ſcriptoribus, qui de Medicis deque medecina Gallico idiomate ſcripſerunt, neuter hanc inſcriptionem, quâ multa docemur, interpretari voluit. Sed alter qui propius ad rei veritatem acceſſit, putavit in illa narrari Menecratem medicum fuiſſe Tiberii & Claudii; alter vero dixit ex hoc epitaphio ſequi Menecratem mortuum eſſe ſub Claudio. Verum nihil hujuſmodi in epitaphio continetur : Τιβερίῳ Κλαυδίῳ, hæc prima verba ſunt prænomen & nomen Romanum Menecratis exprimentia, nimirum ille hæc ſibi adoptaverat; Græci namque ſub imperio Romano Romana prænomina atque nomina uſurpabant, ut nemo neſcit. Innumera hujuſce rei exempla ſuppeditant inſcriptiones. In tribu item quapiam Romana ſe inſcribi curabant, ut Menecrates ſe ex tribu Quirina eſſe dicit.

Hic ergo Menecrates medicus erat celeberrimus, eſtque hic ipſe, ut omnino videtur, quem Galenus honorifice commemorat, aitque ipſum vixiſſe poſt Antonium Muſam Auguſti medicum. Is centum quinquaginta quinque libris (altera lectio centum quinquaginta ſex habet) Logicam medicinalem compoſuit, & decretis præcipuarum urbium ornatus decoratuſque fuit. Aliud medicinæ ſyſtema conſtituit, plurimoſque ſectatores habuit. En multas notitias unica inſcriptore partas. Hinc porro inferas quanti habenda ſunt hujuſmodi monumenta Cæſarum medicus vocatur, quod de Tiberio vel de Claudio Imperatoribus intelligatur, quorum nomen & prænomen ipſe habet ex rec epto more.

Quoique l'inſcription ait été miſe bien près du temps d'Auguſte, les *Epſilons* & les *Sigma* y ſont déja tout ronds. J'ai remarqué que dans les inſcriptions Greques faites à Rome, ces changemens ſe ſont bien plutôt faits que dans celles de Grec. Il y a apparence qu'ils commencerent par l'E & le Σ, qui viennent très-ſouvent dans l'écriture, & qui coutoient trop à former : on s'accoûtuma à les écrire d'un coup de plume par un trait rond. L'incommodité de ces lettres difficiles à bien former, ſe ſentoit bien plus en écrivant, qu'en gravant ſur la pierre.

Quamvis inſcriptio non diu poſt Auguſti, ut credimus, imperium poſita fuerit, Є & C ſic rotunda forma ſcribuntur. Obſervavi certe illas formarum mutationes in litteris, citis Romæ in Græcas inſcriptiones invectas fuiſſe, quam in illis quæ in Græcia factæ ſunt. Veriſimile eſt ipſos à litteris E & Σ cœpiſſe, quæ ſæpiſſime occurrunt, quæque ſecundum priſcam formam exaratu difficiliores erant. Sic mos inductus fuit ut uno calami ductu exprimerentur. Longe autem incommodius proportione quadam erat has litteras calamo exarare, quam in lapide ſculpere.



CHAPITRE

BUSTES


1




ΚΛΑVΔΙΟΣ ΙΗΤΗΡ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΠΑΝΤΟΙΗΣ ΔΕΔΑΩΣ ΚΡΑΙΠΝΟΝ ΑΚΕΣΜΑ ΝΟΣΟΥ
ΞΥΝΟΝ ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΟΙ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ ΕΙΣΑ ΣΥΝΕΥΝΩ
ΜΝΗΜΑ ΜΕΤ ΕΥΣΕΒΕΩΝ Δ ΕΣΜΕΝ ΕΝ ΗΛΥΣΙΩΙ

2

Marbre d'Oxfort



Boissard



CHAPITRE HUITIE'ME.

I. Socrate avec Xanthippe sa femme. II. Diogene le Cynique avec une fille. III. Femme assise. IV. Statuë d'Agrippine, à ce qu'on dit. V. De Faustine mere. VI. De Berenice, comme on a crû. VII. Autre.

I. LEs deux Philosophes que nous voyons dans la planche suivante, ont été donnés par le Cavalier Maffei : ils ont été tirés de deux petits côtés d'une urne ou d'un sarcophage. Le premier a tout l'air de Socrate, & ressemble si bien à ses portraits que nous trouvons sur tant de monumens, qu'il n'y a pas lieu de douter que ce ne soit lui. Il est camus & chauve, comme dit Xenophon. Il porte son manteau sur la chair nuë, & raisonne actuellement avec Xanthippe sa femme, célébre dans l'histoire des Philosophes par sa mauvaise humeur. Socrate montroit sa philosophie en supportant sa femme, en tournant ses inquartades en plaisanterie. Une fois qu'il étoit en compagnie, Xantippe après lui avoir dit plusieurs paroles injurieuses, lui jetta de l'eau sale sur le corps. N'avois-je pas prédit, qu'après le tonnerre viendroit la pluye, dit en se jouant Socrate? On diroit en le voyant ici assis sur un petit siége, qu'il s'excuse auprès de sa femme, & qu'elle appuyée sur une espece de stylobate, le gronde en le regardant d'un air méprisant.

PL. après la IX.

II. Les deux chiens qui se voyent au haut de l'image d'en bas, semblent persuader que le Philosophe qui est assis au-dessous est Diogene le Cynique, assis sur un petit siége, à demi nud, auprès d'un arbre. La jeune fille qui lui présente un bâton & un livre, sera apparemment la Philosophie ou la Sagesse. Le bâton étoit une des marques des Philosophes : le livre leur convenoit comme à des gens de lettres. L'histoire de Diogene le Cynique est connuë de tout le mode. Sa maniere de vivre singuliere, ses réponses à ceux qui lui faisoient des questions captieuses, tout cela, dis-je, se trouve répandu dans plusieurs auteurs, mais rassemblé dans Diogene Laërce. Parmi ses dictons il y en a quelques-uns de bons, &

CAPUT OCTAVUM.

I. Socrates cum Xanthippe uxore. II. Diogenes Cynicus cum puella loquens. III. Mulier sedens. IV. Statua Agrippinæ, ut putatur. V. Statua Faustinæ matris. VI. Statua Berenices, ut creditum est. VII. Alia,

I. DUo illi Philosophi quos in tabula sequenti conspicimus, ab equite Maffeio emissi sunt; educti ex lateribus angustioribus sarcophagi cujuspiam. Prior Socratem omnino refert, quem innumeris in monumentis conspicimus, de facieque novimus, ut nihil sit dubii hunc Philosophum in præsenti imagine repræsentari, est quippe & simus & clavus, ut Xenophon dicit. Pallium nudo corpori impositum habet, & cum Xanthippe uxore loquitur, quæ in historia Philosophorum à morositate & protervia celebratur. Socrates vero philosophiæ suæ specimina dabat, dum uxoris injurias placide ridentisque more declinabat. Cum aliquando sui similium colloquio frueretur, Xanthippe postquam injuriosa quædam dicta in Socratem protulerat, illum aqua sordida conspersit. At non prædixeram, inquit Socrates, post tonitrua erupturam pluviam esse? Si hic attente Philosophum tantum consideres, dixeris certe illum quasi veniam ab uxore postulare, ipsamque stylobate nixam superbe tonare, & virum suum torvis oculis respicere.

II. Canes illi duo, quos in altera ima in tabula posita imagine vides, facile inducant ut credam Philosophum ibi sedentem, esse Diogenem Cynicum; in sella sedentem, seminudum propterque arborem positum. Puella quæ ipsi baculum & librum offert, erit fortasse Philosophia aut Sapientia. Baculus erat quasi symbolum Philosophorum : Liber ipsis utpote litteratis competebat. Historia Diogenis Cynici nemini non nota est; ejus singularis vitæ ratio, responsa iis qui de re aliqua interrogarent, apud scriptores multos sparsa feruntur; sed apud Diogenem Laertium collecta simul sunt. Ex dictis ejus quæ-

Pl. X. qui passeront pour tels dans tous les temps; mais d'autres sont d'un froid à glacer.

III. La femme couchée sur son séant qui suit est tirée d'un marbre d'Ox-
1. ford. Elle [1] s'appuye du bras gauche sur un coussin, & tient un instrument qu'il n'est pas aisé de reconnoître. Ce qui est remarquable, c'est qu'il entre dans sa coëffure de petits ornemens qui ressemblent assez à des fleurs de lis. Il y a grande apparence que la statuë est faite pour un tombeau.

2. IV. La statuë de Rome [2] dont nous donnons ici l'image est, dit-on, Agrippine. Je ne sçai si nos Antiquaires la voudront reconnoître pour une des Agrippines; mais je suis persuadé qu'ils diront que ce ne peut être Agrippine la mere, femme de Germanicus, & que si c'est Agrippine, c'est sa fille mere de Neron. Sa coëffure est remarquable, & peu conforme à celles des Agrippines que nous voyons sur les médailles. L'Agrippine que M. le Brun dessina à Rome a bien plus l'air de la mere de Neron: elle paroît triste, & pensant profondément à quelque chose; seroit-ce dans le temps des déboires que lui donnoit son fils Neron, qui la fit enfin mourir? Quoi qu'il en soit cette statuë méritoit bien d'être dessinée d'une si habile main.

3. V. C'est aussi [3] M. le Brun qui dessina à Rome la statuë suivante de Faustine mere, femme d'Antonin Pie. Sa coëffure est la même que nous voyons sur les médailles. Sa tunique est si courte qu'elle ne descend qu'au milieu des jambes. Au-dessus de la tunique elle porte une espéce de manteau qu'elle replie de sa main droite, & elle tient de la gauche un rouleau.

Pl. XI. VI. La figure de Versailles, qui vient après, passe pour [1] Berenice, je ne voudrois pas la garantir telle. On n'a rien a dire sur son habit & sa coëffure
1. que le lecteur remarquera sur l'image. Cette femme tient de la main gauche un rouleau qu'elle éleve, c'étoit anciennement une marque de magistrature à ce que plusieurs ont cru; cela n'est pas sûr. Ce qui est certain est qu'on voit le rouleau fort fréquemment entre les mains des dieux, des déesses, des hommes & des femmes. M. Iselin très-habile Professeur de Bâle, dit que ceux qu'on voit si souvent entre les mains des Empereurs, des Magistrats & des citoyens Romains, pourroient être des *agenda* du jour, tel qu'il étoit

---

dam bonæ notæ sunt, & ut talia apud omnes ætates probabuntur; verum alia non pauca admodum frigida videntur.

III. Mulier illa quæ capite & humeris tantum erectis decumbit, ex marmore quodam Oxoniensi prodit, part. 2. p. 264. Brachio sinistro nititur supra pulvinar posito, instrumentumque tenet non ita cognitu facile. Observes autem in cultu capitis quædam ceu lilia aut liliis affinia videri. Statua autem in quodam sepulcro reponenda facta fuisse videtur.


IV. Statua illa Romana [2] quam postea referimus, pro Agrippina habita fuit. At nescio utrum antiquariæ rei periti alterutram ex Agrippinis agnituri sint: haud dubie autem dicent non esse Agrippinam Germanici uxorem, & si vere sit Agrippina, matrem esse Neronis. Cultus capitis spectabilis quidem est; sed parum affinis ornatui Agrippinarum. Agrippina sequens quam Romæ delineavit Brunius nostras, ad matrem Neronis plus accedit similitudine. Mœrentis speciem præfert, & quædam animo volutare videtur. An forte Neronis odia & infensum sibi filii animum cogitat, qui matrem demum sustulit? Ut ut res est, hæc statua ejus conditionis est, ut à tanto pictore delineari meruerit.

V. Idem ipse [3] Brunius sequentem statuam Romæ delineavit, quæ Faustinam matrem refert uxorem Antonini Pii. Capitis cultus idem est quem in nummis conspicimus. Tunica autem adeo brevis, ut ad medias solum tibias defluat: supra tunicam autem pallam seu palliolum gestat, quod manum dextera reducit, sinistra vero volumem tenet.

VI. Versaliensis sequens figura [1] Berenice esse creditur; nollem tamen eam ipsam esse affirmare. Vestem & capitis cultum cuivis contemplanda relinquimus. Dextera volumen tenet & erigit. Erat olim magistratus nota quæpiam, ut multi existimaverunt: id quod tamen certum non est. Vere autem dici potest volumen sæpe conspici præ manibus deorum, dearumve, virorum & mulierum. Vir clarissimus Iselius inter peritissimos Antiquariæ rei censendus, Basileensisque Professor, opinatur volumina quæ præ manibus Imperatorum, Magistratuum, civiumque Romano-

SOCRATE ET SA FEMME

1



2



Maffei





Habits de Femmes



Marbre d'Oxford



a Rome



Mr. le Brun.

presque indispensablement nécessaire d'en avoir aux gens au-dessus du commun dans une Ville où l'on avoit tant d'affaires. L'original de cette figure n'est pas à Versailles, on n'y en a qu'une statuë faite d'après l'antique. Celle d'après [2] 2.
dont l'original antique est aussi à Versailles, est remarquable par sa coëffure qui est des plusieurs singulieres : elle tient de la main gauche un bâton court, & de la droite dont elle releve sa mante des feuilles & des fleurs. Quelqu'un dira peut-être que c'est une Flore, & cela pourroit bien être.

VII. Une autre qui passe pour une [3] Reine d'Egypte, n'en n'a pas la moin- 3.
dre marque. Elle est de bon goût. Sa coëffure que les seuls cheveux forment est belle. Elle porte sur sa tunique qui descend jusqu'à terre un autre habit plus court. La matrone [4] qui tient un enfant entre ses bras est encore à 4.
Versailles. C'est un original antique, n'ayant rien de singulier. Un coup d'œil en fera toute l'explication.

---

rum visuntur, esse schedas rerum per diem agendarum indices, quæ prorsus necessariæ erant viris primariis in ea urbe, ubi ejusmodi viri tot erant negotiis distenti. Hujus porro statuæ archetypum Versaliis non est, sed hæc Versaliensis recens ad antiquæ illius statuæ exemplar sculpta fuit. Sequens [2] vero quæ ex archetypo Versaliensi expressa fuit, à capitis cultu spectabilis est: sinistra brevem tenet baculum, dextera vero qua vestem reducit, folia floresque tenet. Putabit forte quispiam esse Floram, quod à verisimili non abhorret.

VII. Alia, quam esse reginam [3] Ægypti dicunt, ne minimam quidem notam præfert qua talis dici posse videatur. Eleganti manu sculpta fuit. Cultum capitis non injucundum soli capilli constituunt. Tunicam gestat illa, & supra tunicam illam talarem alia breviore veste amicitur. Matrona illa [4] quæ infantem gestat ulnis, Versaliis & ipsa visitur. Antiqua certe statua est, in qua singulare nihil observatur. Inspicienti commentario nullo est opus.





CHAPITRE NEUVIÉME:

I. Vierge qui appaise la Licorne. II. Si la Licorne existe veritablement. III. Monument de Jucunda. *IV. Plusieurs Gaulois. V. Grouppe donné par Boissard.*

I. VOici une des plus curieuses images qu'on voye, tirée d'une pierre gravée de M. l'Abbé Fauvel. Une jeune [5] fille qui a le sein découvert, assise sur une bute au pied d'un arbre, embrasse une Licorne. Voilà justement ce que nous apprend, soit fable, soit vérité, Isidore de Seville, qui dit l'avoir lû dans les Naturalistes. Voici comme il s'exprime. *Rhinoceros, „ ainsi appellé par les Grecs, s'explique en Latin, qui a une corne sur le nez. Le „ Monoceros & la Licorne de même, s'appelle ainsi, parce qu'elle a au milieu du „ front une corne de quatre pieds de long. Cette corne est si forte qu'elle renverse „ ou perce tout ce qu'elle frappe. Elle combat souvent contre l'Eléphant, & le tue „ en lui perçant le ventre. Sa force est telle, que les chasseurs ne pourroient jamais „ la prendre. Mais, comme asûrent ceux qui ont écrit sur la nature des choses, on „ fait avancer une jeune fille vierge, qui découvre son sein devant la Licorne lorsqu'elle approche; alors la bête deposant toute sa ferocité, applique sa tête contre ce „ sein, où s'étant comme assoupie, elle est prise sans aucune peine, comme si la nature ne l'avoit point armée.*

Je sçai que d'autres ont expliqué differemment les premiers mots de ce passage, & qu'ils ont cru, que, *idem & Monoceros, id est unicornis, eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor*, vouloit dire, que le Monoceros, ou la Licorne qui a au milieu du front une corne de quatre pieds de long, est le même que le Rhinoceros. Il paroît d'abord que c'est ce que veut dire Isidore. Mais quand on éxamine le passage de plus près, on voit qu'il parle là de deux bêtes differentes, dont l'une a la corne sur le nez & l'autre sur le front. Ainsi quand il dit, *idem & Monoceros*, &c. Il veut dire que de même que le Rhinoceros est appellé ainsi, parce qu'il a une corne sur le nez; le Monoceros porte ce nom, parce qu'il a une corne au milieu

---

CAPUT NONUM.

I. Virgo quæ unicornis furorem sedat. II. An unicornis vere existat. III. Monumentum Jucundæ Juliani filiæ. IV. Galli aliquot. V. Statua à Boissardo delineata.

I. EN spectabilissimam imaginem ex gemma v. cl. D. Abbatis Fauvel eductam. Puella [5] aperto sinu, tumulo insidans prope arborem, unicornem amplectitur. Et hæc eodem ipso modo narrat, seu vera, seu falsa res sit, Isidorus Hispalensis, qui ait se illud apud Physiologos legisse: hæc ipsius sunt verba.

Rhinoceros à Græcis vocatus, Latine interpretatur in nare cornu. Idem & Monoceros, id est unicornis, eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor. Ita acutum est & validum, ut quidquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam & cum elephante sæpe certamen habet, & in ventre vulneratum prosternit. Tanta autem est fortitudinis, ut nulla venantium virtute capiatur: sed sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella præponitur, quæ venienti sinum aperit; in quo ille omni feritate deposita caput ponit, sicque soporatus velut inermis capitur. Isidorus Hispalensis, Originum lib. XII. cap. 2. p. 162.

Scio alios diverso modo intelligere priora istius loci verba, putareque hæc, *idem & Monoceros, id est unicornis, eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor*, significare, Monocerotem, sive unicornem quæ cornu quatuor pedum in media fronte habet, eumdem esse atque Rhinocerotem. Statim autem id sibi velle videtur Isidorus; sed cum locus ille accuratius exploratur, nullo negotio intelligitur eum hic duo diversa animalia commemorare, quorum alterum in nare cornu habeat, alterum in media fronte. Itaque cum ait, *idem & monoceros, &c.* hoc significat: quemadmodum Rhinoceros sic appellatur, quod in nare cornu habeat, monoceros quoque sic vocatur, quod in media fronte cornu præferat. Alii quos

HABIT DE FEMMES

1



de Versaille

2



de Versaille

3



de Versaille

4



de Versaille

5



M. l'Abbé Fauvel

13

du front. Bien des gens que j'ai consultés, l'entendent ainsi. Je laisse au jugement des habiles ce point, qui ne fait rien au sujet présent.

Je ne garantis point la réalite de cette maniere de prendre la Licorne. Il paroît toûjours certain que c'étoit l'opinion des anciens, puisque Isidore déja assez ancien lui-même, dit qu'il l'a pris dans les écrits des Naturalistes : cette pierre qui est du goût des beaux siécles de l'antiquité, le confirme encore. Cela choque un peu la vraisemblance, aussi-bien que tant d'autres choses que nous rapportent ces anciens Naturalistes, Théophraste, Pline, Elien, de la vérité desquelles on doute avec raison.

II. Il y en a encore qui doutent de l'existence de la Licorne. Mais je ne vois pas qu'il y ait lieu de pousser l'incrédulité si loin. Cosmas Moine Egyptien, qui vivoit du temps de l'Empereur Justinien, & qui voyagea en Ethiopie, vit le Palais à quatre tours du Roi d'Ethiopie, & dit qu'il y remarqua la peau d'u Rhinoceros farcie de paille, & qu'il y vit aussi des statuës de bronze qui représentoient des Licornes. C'est sur celles-là qu'il dessigna celle qu'il a mise dans sa topographie Chrétienne, & qui ressemble fort à celle-ci, comme chacun peut voir. Elle a sous la machoire de dessous une espéce de barbe dans l'une & l'autre image. Cosmas avouë qu'il n'a jamais vû de Licorne; mais que les gens du pays l'assuroient que c'est un animal terrible & inexpugnable, & que quand il est poursuivi de plusieurs personnes qui veulent le prendre, & qu'il ne peut se sauver autrement, il se précipite par des roches, & tombe toûjours à terre sur la pointe de sa corne, en sorte qu'il ne se fait aucun mal. Les RR. PP. Jésuites Portugais qui ont demeuré long-temps en Ethiopie, rapportent la même chose de la Licorne, & disent qu'ils ont vû plusieurs fois cet animal, & qu'ils ont même nourri chez eux un fan de Licorne. Il paroît qu'il n'y a nul lieu de douter que la licorne ne se trouve véritablement en Ethiopie. Il y a cependant bien des gens qui en doutent encore.

III. Le monument qui suit a été trouvé depuis peu à Auxerre. C'est une pierre sépulcrale où est représentée en statuë de grandeur naturelle Jucunda fille de Julien. L'inscription est, *Dis manibus monimentum Jucundæ Julani filiæ : Aux Dieux Manes, c'est le monument de Jucunda fille de Julien.* Ce mot de

I. PL. après la XI.

ea de re conveni; sic ipsi quoque rem explicant. Illud vero quod nihil ad rem præsentem subsidii affert, eruditorum judicio permitto.

Nolim hunc unicornis capiendi modum ut assertum haberi. Certum utique videtur hanc veterum opinionem fuisse : quando Isidorus, scriptor & ipse antiquus, à Physiologis se id accepisse dicit. Hic quoque lapis qui florentem artis redolet ætatem, opinionis hujusmodi vetustatem confirmat : quæ sane opinio à verisimili abhorrere videtur, ut & alia multa quæ Physiologi illi passim venditant, Theophrastus, Plinius, Isidorus, quæ jure à sagacioribus in dubium revocantur.

II. Non desunt etiam qui ambigant an unicornis existat, vel unquam exstiterit. Sed id non puto debere in dubium revocari; Cosmas quippe Ægyptius Monachus, qui tempore Justiniani Imperatoris floruit, & qui in Æthiopiam peregrinatus est, ædes Regis Æthiopiæ quatuor turribus munitas adiit, narratque se ibi pellem Rhinocerotis palea infertam vidisse, necnon statuas æneas quæ unicornes repræsentarent. Ad earum vero statuarum formam unicornem delineavit, qualem in Typographia sua Christiana expressit, quæ huic admodum similis est, ut cuique videre licet: in utraque vero imagine barbæ quamdam speciem sub maxilla præ se fert. Fatetur Cosmas se nunquam unicornem vidisse, sed Æthiopas sibi affirmavisse feram esse terribilem, inexpugnabilemque, insequentibusque venatoribus multis ipsamque capere conantibus, si alio modo elabi non possit, ex rupibus sese præcipitem dare, & semper in acutam cornu sui extremitatem cadere, ita ut ex tanto saltu nihil mali patiatur. RR. PP. Jesuitæ Lusitani, qui diuturum tempus in Æthiopia Abyssinia egerunt, idipsum de unicorne narrant; aiuntque se feram hujusmodi sæpe vidisse, imo etiam unicornis hinnulum penes se domi aluisse. Nullus esse ultra videtur dubitandi locus, quin unicornis in Æthiopia Abyssiniana vere existat; attamen ea de re multi hodieque dubitant.

III. Monumentum sequens Antissiodori non ita pridem detectum fuit. Est sepulcralis lapis, in quo magnitudine naturali repræsentatur Jucunda quædam nomine Juliani filia. Inscriptio sic habet: *Dis Manibus monimentum Jucundæ Juliani filiæ.* Hæc vox *monimentum*,

monument *monimentum & monumentum* se trouve quelquefois dans les inscriptions sépulcrales. La sculpture de ce monument est belle, Jucunda est dans une niche ornée de pilastres. Le haut de la niche se termine en coquille. La statuë de Jucunda étoit belle, & avoit toutes ses proportions, avant que tout le bas depuis la moitié des jambes eût été cassé. Jucunda a l'air doux, gracieux, & modeste. Elle a des pendans d'oreilles & un collier. Revetue d'une tunique, elle porte par-dessus une espéce de mante. Elle tient de la main gauche une phiole, ou une bouteille, à la maniere des anciens Gaulois & Gauloises sous l'Empire Romain. Nous voyons à la planche XLVII. du troisiéme tome de l'Antiquité des jeunes Gaulois qui tiennent, les uns de petits chiens, les autres des gobelets, des oiseaux, des coffres; & dans la XLVIII. des séaux à puiser de l'eau, des marteaux, ce qui s'observe encore dans les planches suivantes. C'étoit ce semble un usage constant dans ce que nous appellons aujourd'hui la Bourgogne, dans la ville de Mets & aux environs. Peut-être mettoient-ils ainsi entre les mains des défunts, ce qu'ils y portoient plus ordinairement pendant leur vie. Il est difficile d'apporter quelque autre raison de cet usage.

II. Pl. après la XI. IV. Ces monumens des Gaulois que m'a apporté D. Augustin Calmet; ne sont pas à négliger. Le premier représente un jeune homme revêtu d'une tunique qui lui descend jusqu'à mi-jambe, & d'un manteau fort large, qui étoit le *sagum*. Il tient d'une main un gobelet, & de l'autre un séau par son anse. Cela est fort commun dans ces figures Gauloises; plusieurs tiennent le gobelet; d'autres le séau, quelques-uns les deux ensemble, comme celui-ci, & celui encore de l'image suivante, qui est habillé à peu-près de même avec quelque petite difference que chacun pourra remarquer. Auprès de celui-ci on en voit un autre qui a un rameau de laurier sur l'épaule, pour quelque bonne action qu'on ne devinera certainement pas. Il tient d'une main une piéce d'étoffe d'une forme qu'on comprendra mieux à l'œil que par une description. Nous avons déja donné bien des Gaulois, dans l'habit desquels il se trouve fort peu de difference. Tous ont été tirés de la Bourgogne, de Mets, ou de la Lorraine, & des environs.

Pl. XII. V. Le marbre suivant est exprimé dans le manuscrit de Boissard. C'est un grouppe de deux femmes de bon goût & d'un dessein fort exact. Elles

---

ut & *monumentum*, aliquando in sepulcralibus inscriptionibus occurrit. Hujusce monimenti sculptura elegans est: Jucunda stat in apsidula quadam parastatis ornata: suprema apsidula in cochleam terminatur. Statua Jucundæ elegans erat, staturæque integræ, antequam à mediis cruribus effringeretur. Jucunda vultu gratioso, eleganti, & modesto prædita est: inauribus & torque exornatur. Tunicam gestat & pallam: manu vero sinistra phialam tenet, more scilicet Gallorum & Gallarum sub Romano imperio. In Antiquitatis explanatæ tomo tertio tab. XLVII. Gallos juvenes videmus, quorum alii catellos, alii culullos, aves aut arculas, & in XLVIII. situlas hauriendæ aquæ, & malleos: id quod etiam in sequentibus tabulis observatur. Ille usus fuisse perpetuus videtur in ea Galliæ parte quam hodie Burgundiam vocamus, necnon in Metensi tractu. Fortasseque in defunctorum manibus illa repræsentabant quæ ipsi dum viverent gestare solebant. Difficile est aliam talis consuetudinis causam afferre.

VI. Hæc Gallorum monimenta quæ mihi à viro doctissimo D. Augustino Calmet allata sunt, non utique negligenda. Primo juvenem exhibet vestitum tunica ad mediam usque tibiam defluente, pallioque latissimo, quod sagum appellabant. Manu tenet culullum, altera vero situlam per ansam suam. Idipsum frequenter videtur in hisce Gallicis schematibus: plurimi culullum tenent, alii situlam, nonnulli utrumque ut hic, & sequens etiam, qui eadem vestimenti forma gaudet, cum parvo discrimine, ut confestim videas. Propter hunc alium vides rami laurum humero gestantem, idque ob præclarum, ut videtur, gestum, quod quis divinaverit? Manu tenet pannum ea forma quam uno intuitu facilius, quam ex descriptione percipias. Jam Gallos bene multos dedimus, qui omnes vel ex Burgundia, vel ex Metensi tractu, vel ex Lotharingia educti fuerunt.

V. Marmor sequens in manuscripto Boissardi exprimitur. Eodem in marmore duæ statuæ eriguntur eleganti forma, & perita manu sculptæ. Stant autem

~~HABIT DE FEMME~~ *après la XI. Pl. du Tom. III.*

D M
MONIMENTVM
IVCVNDE IVLIANI
FILIAE



14


Mr. Moreau de Mautour *Tom. III. Après la II. Pl.*

ſont ſur une baſe hexagone dont on voit trois côtés. Mais ce qu'on ne comprend pas, c'eſt que cette baſe dont les trois côtés paroiſſent, a ſur le côté de devant deux noms *Anſidiæ Roxaninæ* & *Fauſtæ Maximinæ*. Ce ſont apparemment les deux femmes à l'une deſquelles la tête manque : le viſage de l'autre eſt un peu défiguré. A chacune des deux autres faces il y a un nom, à l'une *Aureliæ Geminæ*, & l'autre *Martiæ Tertullæ*, & peut-être y en avoit-il auſſi à chacune des trois autres faces de derriere qui ne paroiſſent point. Si aux deux côtés il y avoit *Aurelia Gemina* & *Martia Tertulla* au nominatif, on diroit que ce ſont elles qui ont fait ériger ces ſtatuës à l'honneur d'*Auſidia Roxanina* & de *Martia Tertulla*, mais leurs noms ſont au datif comme ceux de devant ; & c'eſt ce qui fait la difficulté.

---

in baſi hexagona, cujus tria latera viſuntur. Verum id quod non ita facile intelligatur, baſis illa cujus tria tantum latera videmus, in anteriore facie hæc inſculpta nomina habet, *Aufidiæ Roxaninæ*, & *Fauſtæ Maximinæ*: quæ nomina duarum quæ hic repræſentantur mulierum ſunt, quarum alterius caput excidit, alteriuſque vultus non nihil labefactatus eſt. In duobus item aliis lateribus ſingula nomina ſunt: in altera nempe *Aureliæ Geminæ* in altera vero *Martiæ Tertullæ*; forteque etiam in aliis tribus lateribus quæ oculis percipi nequeunt ; nomina ſimiliter adſcripta erant. Si in ambobus illis lateribus in nominativo caſu legeretur Aurelia Gemina & Martia Tertulla, dici poſſet ab ipſis ſtatuas erectas fuiſſe in honorem Aufidiæ Roxaninæ & Martiæ Tertullæ ; verum hæc nomina in dativo caſu ſunt, ut & alia, & hinc difficultas oritur.





CHAPITRE DIXIÉME.

I. Femme qui considere un enfant. II. Tête de Plotine. III. Autre de Julie femme de Severe. IV. Coëffures singulieres.

Pl. XIII. I. UNe belle pierre du cabinet du Roi, nous donne un spectacle assez singulier. [1] Une femme assise négligemment sur une chaise, les genoux l'un sur l'autre, acoudée sur un genou, tient une grande feuille
1. d'arbre ou de plante à la main, qu'elle porte au visage. Elle regarde attentivement un petit enfant nu, assis sur une colonne, qui d'une face riante regarde sa mere, gesticule des mains, & semble lui parler. Elle d'un air serieux observe ce petit enfant. Seroit-ce pour reconnoître à sa physionomie quel devoit être un jour ce fils, & tirer présage de la profession qu'il devoit embrasser ? Un grand casque pendu derriere elle marque peut-être qu'il devoit être homme de guerre. Je m'arrête ici & d'autant plus volontiers,
2. que je ne suis pas trop sûr de ce que je viens de conjecturer. Une autre [2] femme sur un grand pied d'estail, revêtuë d'une tunique qui ne lui descend que jusqu'au dessus du genou, & d'une mante qui la couvre, tient de la main droite un instrument inconnu. Cette situation sur un pied destail rond qui ressemble assez à un autel, pourroit faire croire que c'est quelque divinité.

3. Une autre pierre [3] du Roi, nous représente la tête de Julie, de eette Princesse, que ses trois maris, sa conduite dereglée, & sa fin malheureuse ont renduë fameuse dans l'Histoire. Sa coëffure est asses remarquable.

Pl. XIV. II. On a donné à Rome pour la tête Plotine, femme de Trajan, celle qu'on voit en bosse sur une bague [1] du cabinet de Monseigneur Picco-
1. lomini. Sa coëffure est des plus extraordinaires, ce sont trois rangs de pierres précieuses taillées à facetes. Nos Antiquaires auront sans doute bien de la peine à reconnoître ici Plotine.

2. Crispine [2] femme de l'Empereur Commode se voit sur un autre médail-

---

CAPUT DECIMUM.

I. Mulier quæ puerulum contemplatur. II. Caput Plotinæ. III. Caput Juliæ Severi Imperatoris. IV. Ornatus muliebres singulares.

I. GEmma elegans Musei Regii spectaculum nobis singulare offert. Mulier [1] sedens in sella quadam, & quasi oscitanter agens, genibus decussatim positis, folium magnum arboris seu plantæ cujusdam tenet, & ad vultum erigit. Intentis autem oculis puerulum respicit nudum in columna sedentem: is vultu hilari, quasi subridens matrem respicit, manus extendens & movens, ipsamque quasi alloquens. Illa gravi vultu, qui speculantem meditantemque arguat, puerulum intuetur; an ut ex physionomia deprehendat quis aliquando futurus sit ille puer, & quam se in artem professionem que daturus sit? Ingens galea pone mulierem posita, indicat fortasse illum militiæ se se dediturum esse. Hic gradum sisto, eoque libentius, quod conjecturam meam non tanti faciam. Altera [2] mulier stylobati insistens, tunicamque gestans ad genua usque defluentem, & pallam qua amicitur, instrumentum ignotum manu dextera tenet. Ex hoc situ, & ex eo cui insistit stylobate, aræ speciem præferente, deam esse quampiam forte credatur.

Alia gemma [3] Regii Musei caput Juliæ Augustæ exprimit, quæ Augusta à tribus conjugibus, à vita molli, & ab adulteriis itemque ab infausto exitu in historia celebratur. Ornatus capitis non vulgaris est.

II. Romæ [1] Plotinæ Trajani uxoris caput esse putarunt illud quod conspicitur in gemma Musei Picolominei. Ornatus capitis admodum singularis est; tres enim gemmarum ordines ibi conspiciuntur, qui lapides concinne incisi diversas efferunt facies. Antiquariæ rei periti nostrates Plotinam hic repræsentari non ita facile credituri sunt.

Crispina [2] Commodi Imperatoris uxor in alio num-

lon,

HABITS DE FEMMES



Boissard Ms.

1



Amethiste du Cabinet du Roy

2



M. de Boze

3



Cornaline blanche du Cabinet du Roi

ſon, coëffée d'une maniere qui ſe comprendra mieux d'un coup d'œil, qu'avec toutes les deſcriptions qu'on en pourroit faire.

III. On a gravé à Boulogne en Italie [3] le buſte ſuivant, comme repréſen- 3.
tant Julie, femme de Septime Severe. Je ne ſçai ſi les Antiquaires voudront donner leurs ſuffrages à ce ſentiment. Ce qui eſt certain, c'eſt qu'on ne la voit point ſur les médailles avec cette coëffure. Le grand ornement de tête circulaire qui la couronne, eſt caſſé ſur le devant.

Le beau buſte qui ſuit eſt du cabinet de M. le Maréchal d'Etrées [1]. C'eſt Pl.
un bas relief plat par derriere, la coëffure eſt des plus magnifiques, ce que XV.
l'imagination d'une femme a pu inventer de plus beau y eſt employé. On y 1.
voit des choſes qui n'ont point de nom, ou dont le nom a paſſé il y a long-temps comme la mode; l'un ſuit néceſſairement l'autre; tout ce que la femme invente pour la parure prend nom dès ſon origine. C'eſt ce qu'on remarque dès les plus anciens temps dans les Auteurs ſacrés, & dans les prophanes. Iſaïe nous fait une longue énumération de ce qui entroit dans la parure des femmes & des filles Juives de ſon temps: Et les Interprêtes même Juifs des temps poſtérieurs, n'ont expliqué ces termes qu'en devinant: Preuve de cela, c'eſt qu'ils ne conviennent pas entre eux ſur leur ſignification; & la mode & les noms avoient changé. Plaute nous donne un grand nombre de noms des ornemens des femmes de ſon temps, & prépare des tortures à ſes Commentateurs: autant de noms, autant d'énigmes. La coëffure [2] qui vient 2.
après celle-ci eſt d'un goût fort différent, comme chacun peut voir, on la donne devant & derrriere.

Pas une des coëffures ſuivantes ne reſſemble à l'autre; la premiere [1] eſt Pl.
remarquable par les perles, les chainettes & les bandelettes. La ſeconde qui XVI.
eſt auſſi fort ſinguliere [2] a une inſcription Εὔχαρις Λικιν. Ce qui ſe doit lire 1.
Εὔχαρις Λικινίȣ, Eucharis fille ou femme de Licinius. Tout eſt remarquable dans 2.
la pierre [3] ſuivante du cabinet de feuë Madame. La coëffure eſt des plus 3.
ſingulieres, & où il entre plus d'artifice que dans la plûpart des autres que nous avons données. Ce qu'il y a de plus extraordinaire, c'eſt que cette tête ſemble ſortir d'un contour de collines, qui reſſemble à des nuës, & qui fait comme un grand collet autour de ſon cou, mis à peu près comme on met-

---

mo conſpicitur, cum eo capitis ornatu, quem uno conſpectu facilius quam longa deſcriptione percipias.

III. Bononiæ in Italia [3] protomen ſequentem in ære inciderunt, quaſi Juliam Piam Septimi Severi Imperatoris uxorem repræſentaret. An huic opinioni ſuffragari velint Antiquarii neſcio. Illud vero conſtat apud omnes Juliam Severi nuſquam in nummis cum tali ornatu conſpici. Circulare illud ornamentum quod caput circumdabat, in anteriore parte fractum eſt.

Un autre miroir merveilleux décrit par le même liv. 7. chap. 21. étoit employé dans les maladies, pour sçavoir si le malade en devoit relever ou mourir. Il y avoit devant le temple de la déesse Cerès une fontaine, où ceux qui avoient chez eux quelque malade, venoient pour apprendre le succès de la maladie. Ils attachoient le miroir à une ficelle, & le faisoient descendre doucement, non pas pour le plonger dedans, mais seulement jusqu'à ce que l'extrémité du miroir rond touchoit à l'eau, ὅσον ἐπιψαῦσαι τοῦ ὕδατος τῷ κύκλῳ τοῦ κατόπτρου. Alors ils faisoient leur priere à la déesse, & lui offroient de l'encens. Ils regardoient ensuite dans le miroir, où ils voyoient leur malade ou vivant, ou mort, selon le succès que la maladie devoit avoir. Cette sorte de prestige & de divination par le miroir, se trouve dans d'autres auteurs, & a été, assure-t-on, renouvellée de nos jours.

Le miroir dont parle ici Pausanias étoit rond. Il paroit qu'ils étoient aussi ronds du temps de Sénéque, qui se recriant contre le luxe des femmes de son temps, qu'il étoit venu à un tel point, qu'un miroir étoit « aussi grand que le corps humain, & qu'un seul miroir leur coûtoit plus d'ar- « gent, qu'il n'en falloit jadis pour marier la fille d'un général de l'armée « Romaine: Croyez-vous, ajoûte-t-il, que les filles de Scipion eussent des « miroirs enchassés dans l'or, elles à qui le Sénat donna une dot médiocre: « Cette dot ne suffiroit pas aujourd'hui pour fournir un miroir à la fille d'un « affranchi. «

IV. Voici un miroir antique du cabinet de M. Mahudel. Il est tout rond & de bronze. Il a d'un côté la tête de l'Empereur Neron avec l'inscription ordinaire, *Nero Claudius Cæsar Augustus Germanicus Pontifex Maximus Tribunitia potestate Imperator secundum.* Toute cette face représente un médaillon; l'autre face est creuse, & dans le creux est le miroir qui est encore aujourd'hui assez bien conservé.

V. La chainette que le graveur a disposée comme on la voit sur la planche étoit encore un ornement de femme dont il est parlé dans les auteurs. Pline met les chaines entre les choses qui entroient dans la parure des femmes Il.

---

specularentur, non vultus suos videbant, vel confuse tantum cernebant; sed ibidem clare conspiciebant statuas dearum quæ in templo colebantur, earumque solium. Aliud speculum mirabile ab eodem auctore descriptum l. 7. c. 21. in morbis adhibebatur, ut præsciretur an ægrotus ex morbo in sanitatem revocandus, an moriturus esset. Erat ante templum deæ Cereris fons quispiam, quo properabant omnes qui ægros domi haberent, ut scire possent qui morbi exitus futurus esset. Speculum funiculo alligabant, & sensim versus fontem laxabant, non ut immergerent, sed tantum donec speculi rotundi extremitas aquam contingeret, ὅσον ἐπιψαῦσαι τοῦ ὕδατος τῷ κύκλῳ τοῦ κατόπτρου. Tunc autem deam precabantur, thuraque adolebant, & postea in speculo conspiciebant, ubi ægrum videbant aut viventem aut mortuum, prout exitus morbi futurus erat. Hoc præstigiarum & divinationis genus per speculum, apud alios scriptores observatur, imo temporibus etiam nostris uti quidem narrant renovatum fuit.

Speculum hîc à Pausania commemoratum rotundum erat. Item specula rotunda fuisse videntur Senecæ ævo, ubi inquit ille *rerum jam patiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argentoque calata sunt, denique gemmis adornata: & pluris unum ex his femina constitit, quam antiquarum dos fuit illa, quæ publice dabatur Imperatorum pauperum filiabus. An tu existimas ex auro nitidum habuisse Scipionis filias speculum, cum illis dos fuisse æs grave..... jam libertinorum virgunculis in unum speculum non sufficit illa dos, quam dedit senanus pro Scipione.*

IV. Speculum antiquum ex Museo v. cl. Mahudel rotundum est æneumque. In una facie est caput Neronis Imp. cum hæc circum inscriptione vulgari. *Nero Claudius Cæsar Augustus Germanicus Pontifex Maximus Tribunitia potestate Imperator secundum.* Hæx tota facies nummum maximi moduli repræsentat, in altera facie concava speculum est, non tantopere ex usu detritum.

V. Catenula quam sculptor eo situ posuit quem in tabula vides, ornamentum muliebre erat, quod à scriptoribus commemoratur. Plinius 33. 3. catenas

33. 3. Clement Alexandrin Strom. 1. en parle aussi comme d'un ornement que les femmes employoient. Celles qui avoient le moyen en faisoient d'or & d'argent ; le commun des femmes se contentoient d'en avoir de cuivre. On ne sçait pas trop bien quel usage faisoient les femmes d'un pareil ornement. Cette chainette que l'estampe montre paroît avoir été en usage pour mettre à la ceinturure, en sorte que les extrémités plus ornées que le reste, pendoient sur le devant.

VI. Le luxe des femmes s'étendoit aussi sur ce que les Grecs appelloient περισκελίδες *periscelides* : jarretieres, c'étoient des ornemens mis au jambes, comme le nom porte. Ils étoient fort en usage, les auteurs en font souvent mention. Voyez moi, disoit Trimalcion, les liens dont ma femme se charge les jambes, comme se plaignant de la dépense qu'elle faisoit en ces sortes d'ornemens. Mais comment pouvoient-ils paroître, si les juppes & les robes des femmes alloient jusqu'aux piéds comme nous voyons dans presque toutes les images que nous avons données. Cependant il est certain que tant en Grece qu'à Rome & aux pays voisins, les femmes faisoient beaucoup de dépense en ces ornemens des jambes. Dans une inscription trouvée en Espagne, que nous avons rapportée au second tome de l'Antiquité expliquée p. 325. il est dit que dans l'ornement de la statuë d'Isis, il entroit pour les jambes seulement deux émeraudes & onze autres pierres précieuses.

---


inter ornamenta muliebria recenset. Clemens item Alexandrinus Strom. 1. in muliebri cultus catenam ipse quoque locat. Quæ pro facultate poterant, aureas argenteasve catenulas adhibebant; minoris fortunæ mulieres æneas admittere in usum satis habebant. Ad quem usum ornatam hujusmodi mulieres adhiberent non satis capto. Hæc vero catenula quam tabula continet, videtur cinguli zonæque more adhibita fuisse, ita ut extrema quæ plus ornamenti præ se ferunt ante dependerent.

VI. Luxus mulierum etiam ad usque ea ornamenta quæ Græci περισκελίδες vocant, extendebatur. Iis tibias alligabant, ut ex ipso indicatur nomine. Ex frequenti auctorum mentione videntur periscelides admodum in usu fuisse. *Videtis*, inquit Trimalchio, *mulieris compedes* ? Quasi ægre ferens, quod ea in hujusmodi rebus tantum pecuniæ impenderet. Sed quomodo periscelides videri poterant & spectabiles esse, cum mulierum tunicæ ad talos usque defluerent, ut in plerisque omnibus mulierum iconibus, quas protulimus conspicitur ? Certum tamen mulieres tum Græcas tum Romanas, vicinarumque gentium, in hisce tibiarum ornamentis multum exhibuisse luxum. Inscriptio in Hispania eruta, quam in secundo Antiquitatis explanatæ tomo exhibuimus p. 325. dicit in ornamentis statuæ Isidos, quæ ad tibias spectabant, *erant zmaragdi* (sic) *duo*, *cylindri vero undecim*.



CHAPITRE

CHAINETTES ET MIROIR.



Mr. Mahudel

CHAPITRE SIXIE'ME.

I. Les monumens antiques apprennent bien des choses. II. Quatre coëffures des Gauloises.

I. IL arrive assez souvent que des Antiques qu'on n'avoit jamais observées deviennent communes, dès qu'on a une fois commencé à les remarquer; je l'ai éprouvé tant de fois, que j'aurois peine à en faire une énumeration éxacte. On ne parloit point des temples octogones des Gaulois: on m'annonce le premier, celui de Montmorillon, & à l'occasion de celui-là j'en découvre sept ou huit autres, de la plûpart desquels j'ai donné le plan & le profil. On déterre à Blois un tombeau d'anciens Gaulois où entre des ossemens brulés & des cendres, étoit la figure d'une femme assise dans un fauteuil, tenant un petit enfant sur son giron, le tout de terre blanche cuite, & voilà la quatriéme que j'ai découverte, dont deux portent inscription. On trouve à vingt-deux lieuës de Paris un sépulcre de Gaulois, & à côté de celui-là un autre de vingt barbares qu'ils avoient tués, dont chacun avoit une hache de pierre sous la tête, dont l'une étoit de beau giade Oriental; depuis ce temps-là les haches de pierre me viennent de différens endroits, & j'en ai trouvé encore une autre de giade. Et pour les Antiquités Romaines, on déterre un Mercure avec la tortuë; j'en ai depuis trouvé neuf ou dix, de sorte qu'enfin on découvrira que ce symbole lui étoit presque aussi familier que le coq.

II. Je dis ceci à l'occasion de trois coëffures d'anciennes Gauloises qui me sont venuës depuis peu. J'en avois donné une à la planche CXXXVII. du cinquiéme tome. Celle-là [1] fut trouvée à trois lieuës de Mâcon dans une terre de l'Evêque environ l'an 1705. sur une colline où il y avoit des chênes gros comme des tonneaux. On défricha & on trouva à six pieds dans terre plusieurs sépulcres, & entre autres celui d'une grande femme. On jugeoit PL. XXII. 1.

CAPUT SEXTUM.

I. Quot quantæque res ex antiquis monimentis ediscantur. II. Instrumenta quatuor ad ornatum capitis apud Gallas mulieres in usu.

I. SÆpe accidit ut quæ monumenta nondum observata fuerant, postquam semel cognita sunt, brevi aliis ejusdem generis succedentibus & erutis, vulgaria evadant. Illud vero toties sum expertus, ut vix possim similia quæ acciderunt enumerare. De templis Gallorum octangulis ne γρὺ quidem audieramus: primum ejusmodi templum annunciatur mihi in Montemorilione spectabile, & hujus occasione septem circiter alia in notitiam veniunt, quorum ichnographiam & orthographiam profero. Blesis eruitur sepulcrum veterum Gallorum, ubi inter adusta ossa & cineres, figura mulieris erat sedentis in sella, infantemque in gremio tenentis, ex candida & cocta terra concinnatæ, & jam quartam istiusmodi reperi, quarum duæ inscriptionem præ se ferunt. Sexagesimo sexto ab hac urbe milliari, sepulcrum Gallorum detegitur, & ad hujusce latus alterum, cadavera viginti barbarorum à Gallis occisorum, quorum singuli lapideam securem sub capite habebant, unamque ex giado, ut vocant, Orientali; ab illo autem tempore secures lapideæ undique accedunt, aliamque ex giado item orientali reperi. Et quod spectat ad Romanas antiquitates, Mercurius cum testitudine eruitur, posteaque novem, decemve hujuscemodi accesserunt; ita ut spes sit demum Mercurios cum testitudine reperiendos fore, quot hactenus vidimus Mercurios Gallo gallinaceo comite.

II. Hæc porro dico occasione trium ornamentorum muliebrium quæ Gallæ mulieres capite gestare solebant, quæ que non ita pridem in Museum nostrum invecta sunt. Aliud [1] jam protuleram in tabula CXXXVII. quinti Antiquitatis explanatæ tomi. Istud autem in Matisconensi Diœcesi erutum fuit decimo circiter ab urbe milliari in prædio ad Episcopum pertinenti anno circiter 1705, idque in colle ubi quercus erant, quarum truncus dolia majora lignea nostra ambitu æquaret. Et acta fovea ad sex circiter pedes, sepulcra plurima detecta sunt, interque alia mulieris

de la taille par les ossemens qui étoient en leur entier, mais qui alloient en poudre dès qu'on les touchoit. On trouva la coëffure près de la tête. C'est une lame de fer où tient un bourlet, le tout couvert d'une lame d'argent fort déliée. Le dessus est orné de quelques linéamens assez proprement faits. Cet ornement de tête est fort pesant, nous le redonnons ici afin qu'on puisse le comparer avec les autres. Tous y sont de leur propre grandeur, le bourlet est mobile aussi-bien que la verge de fer courbe qui est par-dessus pour l'arrêter.

Les trois autres ont été trouvés dans la Bibliotheque de feu M. l'Abbé Renaudot qu'il a leguée à ce Monastére. Ils sont tous trois de plomb;
2. le dessus est doré, & le dedans émaillé de rouge. Le premier [2] & le plus grand des trois a un bourlet comme celui de Mâcon, mais plus propre, & l'autre machine qui le croise, & qui paroît être là pour l'arrêter, est plus propre aussi. L'ornement du dessus de la coëffure sont trois bossettes avec des petits cordons agencés d'une maniere que chacun peut voir. Les deux
3. autres [3] n'ont point & n'ont jamais eu de bourlet : à cela près ils sont de
4. la même forme que l'autre. L'un des trois [4] est de beaucoup plus petit. Il y a toutes les apparences que les trois ont été trouvés dans le même tombeau, & que c'étoit pour des filles de la même famille, tant ils sont ressemblans pour la façon, la dorure & l'émail. Il falloit même qu'ils fussent faits pour de fort petites filles, leur petitesse paroît mieux en la comparant à la coëffure de la grande femme. Il ne faut pas croire que ces Gauloises portassent sur la tête des ornemens de fer ou de plomb; ils étoient apparemment de quelque matiere légere. On ne les faisoit de fer ou de plomb que pour les sépulcres; afin qu'ils y durassent plus long-temps. On voit en effet qu'ils y duroient plus que les ossemens.

---

cujuspiam grandis staturæ, quæ ab ossibus integris adhuc extantibus deprehendebatur; verum ossa istæc ad primum tactum in cineres ibant. Ornamentum illud capitis prope ipsum caput repertum est: estque lamina ferrea, cui hæret circulus ovatæ formæ ad ornatum concinnatus. Hæc porro omnia argentea lamina tenuissima obtegebantur. Extima superficies aliquot lineamentis elegantibus ornatur. Hoc capitis ornamentum gravis est ponderis, & hoc loco ipsum esse repetendum duximus, ut compararetur cum aliis recens erutis. Hæc omnia ut sunt, eadem nempe magnitudine, repræsentantur. Circulus ille de quo dicebamus, mobilis est, ut & virga illa ferrea curva superposita, ut circulum contineat.

Tria alia reperta sunt in bibliotheca v. cl. Abbatis Renaudot τȣ̃ μακαρίτȣ, quam ipse huic cœnobio dono dedit. Plumbea autem omnia sunt, auro superne obducta, infra vero rubro colore seu minio decorata. Primum [2] & maximum omnium circulum habet perinde atque Matisconense, sed longe elegantiorem, ut & virga illa superposita, quæ circulum continere videtur. Superna instrumenti superficies dimidiis globulis exornatur, necnon funiculis, ut quisque dispicere possit. Duo alia [3] circulos illos posteriores non habent, neque unquam habuerunt; de cætero autem ejusdem omnino sunt formæ; ex tribus unum [4] longe minus est cæteris. Verisimile autem prorsus est tria simul eodem in sepulcro reperta fuisse, & puellis ejusdem familiæ in usu fuisse, usque adeo sunt similia, forma, auri dispositu, ac picturæ colore. Erant vero, ut arguitur, pro puellis teneræ ætatis, id quod maxime animadvertitur, si comparentur cum simili ornatu priore ad grandis staturæ mulierem pertinente. Neque putandum est Gallas mulieres ex ferro vel plumbo confecta hujusmodi ornamenta capite gestasse dum viverent; sed ex alia, ut credere est, levi materia concinnabantur. Nam hæc haud dubie ferrea vel plumbea erant, ut in sepulcris diutius durarent: & sane experimento discimus, melius & diutius conservata mansisse, quam ipsa ossa.




COEFFURES GAULOISES

1

Le R. P. Albert

2




M. l'Abbé Renaudot

3



M. l'Abbé Renaudot

4



M. l'Abbé Renaudot

CHAPITRE SEPTIE'ME.

I. Figures anciennes tirées de la Pannonie. II. Famille entiere sur une pierre sépulcrale. III. Monument de Narbonne. IV. Bracelets des Gaulois.

I. Le buste qui suit est tiré d'un monument de Cilia ville [1] de Stirie PL.
dans l'ancienne Pannonie. La coëffure est fort singuliere en toutes ses XXIII.
parties. Cette femme porte un collet, & tient de la main droite une espece 1.
de rouleau, & de la gauche un livre. [2] La suivante tirée de Gratz dans la 2.
Pannonie est coëffée differémment, & tient à la main droite un globe ou
un cœur. Une autre [3] dessinée par Boissard au même lieu n'est pas moins ex- 3.
traordinaire pour la coëffure, comme chacun peut voir. Elle a sur la tête
comme un grand bassin ou un panier. La [4] femme qui boit porte un bonnet 4.
qui ressemble à une coupe renversée dont le pied seroit dessus : nous en verrons
plusieurs semblables au cinquiéme tome. Celle [5] d'après est coëffée d'une ma- 5.
niere différente des précédentes. [6] Une autre est coëffée d'un bonnet qui sem- 6.
ble fait à côtes de melon : le bonnet de la [7] suivante est fait à ondées. Toutes 7.
ces coëffures étoient du même pays de la Pannonie, où se trouvent plusieurs
monumens Romains.

Cet autre buste est aussi tiré des manuscrits de Boissard : [1] la coëffure n'est pas PL.
fort différente des précédentes ; le buste de la femme fait un regard avec XXIV.
celui du mari qui est de l'autre côté. La femme qui vient après est tirée d'un 1.
monument de Cilia : sa coëffure a un air assez bizarre : elle tient un pot
d'une main, & je ne sçai quoi de l'autre. On [2] laisse à observer les deux [3] 2.
suivantes. 3.

II. Le monument qui suit est [4] une pierre sépulcrale qui représente une 4.
famille, le pere, la mere & les deux fils. L'épitaphe ne met aucun nom propre ; elle dit seulement, que l'iniquité du destin a enlevé les deux époux, & que lorsqu'ils pleuroient leurs enfans morts, ils ont fini leur vie de la même maniere qu'eux, & qu'ils laissent ainsi le deuil à mener à leurs petits fils. Le mari qui est d'un côté a les cheveux courts à la Romaine aussi-bien que ses

---

CAPUT SEPTIMUM.

I. Schemata vetera ex Pannonia eruta. II. Familia integra in sepulcrali lapide. III. Monumentum Narbonense. IV. Armilla Gallorum.

I. Protome [1] sequens ex monumento Ciliæ expressum fuit, quæ urbs in Stiria est, seu in veteri Pannonia. Ornamentum capitis in omnibus singularissimum est. Hæc mulier collare gestat, & manu dextera volumen quoddam tenet, sinistra vero librum. Quæ sequitur, Græcii [2] in Pannonia exstabat, & alio decoratur ornatu, manuque dextera globum, sive cor humanum tenet. Alia a Boissardo [3] eodem in loco delineata, non minus a capitis insolito cultu spectabilis est, ut quisque videre possit : is quem capite gestat ornatus, calathi magni speciem præfert. Illa [4] quæ bibit pileum gestat similem calici inverso cujus pes supinus esset. Non paucas huic similes in quinto tomo videbimus. Sequens alium [5] & diversum præ se fert ornatum : altera pileum habet, qui peponis [6] costas exprimit ; sequentis pileus quasi undas [7] exprimens dicatur. Hi omnes capitis ornatus eadem in regione simul erant in usu, in Pannonia scilicet, ubi monumenta Romana multa occurrunt.

Alia [1] item illa protome ex ms. Boissardi expressa fuit. Cultus capitis à præcedentibus non multum differt. Protome uxoris, viri sui protomen alio in latere positam respicit. Mulier sequens ex monumento Ciliæ educta fuit. Cultus capitis aliquid insolitum præ se fert. Tenet illa mulier scyphum altera manu, altera vero nescio quid. [2] Alias duas sequentes mulieres quivis oculis [3] lustrabit.

II. Monumentum sequens lapis est [4] sepulcralis, qui familiam integram repræsentat, patrem, matrem duosque filios. Inscriptio sepulcralis nullum effert nomen proprium. Ejus verba sunt : *En fati iniqui sors miserabilis, conjux cum conjuge abreptos leto* (sic) *: natos dum lugent, eumdem* (sic) *sortiuntur vitæ finem ... luctum nepotibus.* Vir ex altero latere capillos Romano

deux fils. La femme qui eſt de l'autre côté a une coëffure faite à côtes de melon, telle que nous en avons déja vû ci-devant. Le plus grand des fils un peu en arriere occupe tout le milieu de l'image. Sur ſa tunique il porte une chlamyde ou un manteau, il a un collier de perles ou d'autres pierres rondes, & porte ſur le devant trois bulles, qui ont comme les bulles ordinaires la forme du cœur humain : le plus jeune fils encore enfant eſt entre le pere & la mere. Il faut que le plus grand des fils ait laiſſé des enfans, puiſque l'épitaphe porte que le pere & la mere laiſſent un deuil à mener à leurs petits fils, *nepotibus*.

5. La femme [5] repréſentée en buſte au-deſſous eſt remarquable par ſa coëffure & ſa chevelure.

Pl. XXV. 1. III. Ce monument de Narbonne a tout l'air du plus bas empire, tant il [1] eſt groſſierement travaillé : c'étoit alors que la barbarie, qui inonda enfin toute la terre, commençoit à s'introduire. Il ſe peut auſſi faire que le peu d'habileté du deſſinateur n'aura pas peu contribué à le rendre ſi mauſſade. Il eſt difficile de trouver à Narbonne des gens qui deſſinent même paſſablement. C'eſt ici une grande cérémonie, ou paroiſſent vingt-cinq perſonnes en y comprenant le petit garçon qui termine la bande d'un côté. Les deux principaux perſonnages, ſont un homme aſſis à l'une des extrémités du bas relief ſur une chaiſe, & une femme au milieu. Cet homme a perdu la tête. Il tient un bâton de commandement, & ſemble en effet commander quelque choſe à un autre homme qui eſt debout auprès de lui. Derriere lui eſt un autre homme qui ſemble ſe tenir là pour lui faire honneur. Au milieu de la troupe eſt cette femme qui paroit plus figurer dans l'aſſemblée que tous les autres. Elle parle à ceux qui ſont autour d'elle, & ſemble geſticuler des deux mains : ceux qui l'environnent paroiſſent attentifs à ce qu'elle dit. Deux de la compagnie portent des paniers dont l'un eſt plein de fruits. Ce qui eſt à remarquer eſt, que tous ceux qui compoſent la bande ont les pieds nuds, ſans en excepter même l'homme aſſis, ni la femme qui parle en public. Sur un tableau ſi extraordinaire, on n'oſeroit hazarder même une conjecture. Les curieux de Narbonne ſe ſont éxercés à expliquer ce monument. Il y en a qui ont prétendu que c'étoient les nôces d'Ataulphe avec Placidie ; à quoi il n'y a pas la moindre apparence. Un Roi ſeroit-il ainſi ſans ſoldats & ſans gardes au jour

---

more breviſſimos habet : Uxor ex altero ornatum capitis habet peponis coſtas exprimentem ut ſupra. Major filius mediam occupans imaginem, tunicam geſtat & chlamydem. Torquem habet ex unionibus aut ex gemmis rotundis concinnatum : quodque obſervandum, tres ante pectus dependentes bullas habet, quæ, uti bullæ ſæpe ſolebant, cor humanum exprimunt. Minor filius qui puerulus eſſe videtur, inter patrem matremque poſitus eſt. Veriſimile autem eſt majorem filium aliquos reliquiſſe natos, quando inſcriptio ſepulcralis dicit patrem & matrem luctum relinquere nepotibus ſuis.

Mulier [5] cujus hic protome viſitur infra, & à cultu capitis & à capillitio obſervatu digna eſt.

III. Monumentum [1] Narbonenſe infimis imperii Romani ſæculis poſitum videtur, cum lapſis artibus omnia ad barbariem, quæ demum orbem invaſit, declinabant. Poteſt tamen impoliti operis pars in delineantis imperitiam refundi ; Narbonæ enim vix reperiantur qui poſſent vel mediocriter id muneris exſequi. Eſt hic celebris omnino cætus, turba frequens, ubi viginti quinque viri, mulierſve comparent, ſi puerulum annumeres, qui turbam ab altero latere terminat. Qui videntur in toto cætu præcipui, hi ſunt : vir ſedens in extremo anaglyphi latere in ſella viminea ; & mulier ſtans in medio. Vir autem ille caput amiſit ; baculum tenet præcipientis more, & vere aliquid imperare videtur viro adſtanti. Pone illum eſt alius vir, qui honoris præſtandi cauſa adſtat domino. In media turma mulier viſitur, quam toti cœtui præeſſe ipſique mandata dare ex ſitu & geſtu dixeris. Adſtantes ſibi alloquitur, & utraque manu geſtus edere videtur : auſcultant ipſi qui adſunt univerſi, & ab ejus ore pendere videntur. In turma illa duo viri caniſtra geſtant quorum alterum plenum eſſe fructibus dixeris. Quodque animadvertas velim, omnes omnino pedibus ſunt nudis, ne excepto quidem viro ſedente, vel muliere cæteros alloquente. De tam inſolenti imagine ne γρῦ quidem proferre audeam. Quidam tamen ex Narbonenſibus hæc explicare ſunt conati, nec defuere qui vellent hic Ataulphi & Placidiæ nuptias repræſentari ; quæ res ne minimum quidem probabilitatis præ ſe fert. An Rex nullo milite, nullo ſatellite nuptias celebraverit ? An in tam

1 BUSTES ET TÊTES DE 2 FEMMES





3



4



5



6



7



Boissard Ms.

BUSTES ET HABITS DE FEMMES

1





2



3



EN FATI INIQVI SORS MISERABI
LIS CONIVNX CVM CONIVGE AB
REPTOS LETO NATOSDVM LVGEN
CONDEN QVOQ SORTIVNTVR
VITAE FINEM

LVCTVM NEPOTIBVS

4



Boissard. Ms.

de ses nôces ; & tous seroient-ils ainsi nuds pieds sans excepter la Reine, sœur de deux Empereurs ? J'aime mieux rester dans la doute sur ce monument, que de chercher des explications forcées. Cette pierre est creuse & oblongue comme un sarcophage : il y en aura peut-être qui croiront que ç'en est effectivement un : mais la pierre est trop longue à proportion de sa hauteur & de sa largeur, pour qu'elle ait jamais pu servir à cela.

L'homme assis [2] semble porter un collier comme un esclave ; nous parlerons plus bas de ces colliers & de l'écriture qu'on y mettoit. Revêtu d'une tunique relevée par une ceinture, il est assis a califourchon sur un siege dont le dossier est assez épais pour servir de table. 2.

La figure sans tête [3] n'a rien de bien remarquable sinon le siege, c'est un homme nud jusqu'à la ceinture. 3.

IV. Les bracelets qu'on voit [4] dans la même planche ont été trouvés en cette maniere. A une lieuë de Bayeux en Normandie, entre le midi & le couchant dans une petite terre située sur le bord d'un grand chemin, M. le Haribel à qui la terre appartenoit, faisant travailler & fouïr, les ouvriers creuserent jusqu'à rrois ou quatre pieds en terre ; on y découvrit des urnes d'environ un pied de hauteur, de terre cuite grise sans couvercles, & au nombre de dix. On y trouva des ossemens rompus de bras, jambes & d'autres parties du corps humain, rangés par lits, & placés un lit d'une façon & un lit d'une autre. Il y avoit entre ces lits une matiere de terre ou d'autre composition très dure, & difficile à séparer avec un ciseau de fer. 4.

M. le Haribel croît que ce pouvoient être les chairs qui s'étoient ainsi durcies en séchant, ou quelque autre composition de parfums ou d'onguens : ce qui paroit plus vraisemblable, puisqu'il est certain que les Gaulois bruloient les corps morts, & les chairs étoient consumées quand ils les enterroient. Entre ces urnes, il y en avoit une de la même forme & matiere que les autres, mais beaucoup plus grande, dans laquelle avoit été mise aue autre urne, les deux sans couvercle comme toutes les autres. Dans cette derniere urne double étoient plusieurs crânes & autres ossemens de la tête rangés par lits

---

celebri, tam læto nuptialium festorum cœtu nudis omnes pedibus comparuerint, ne excepta quidem regina duorum Imperatorum sorore? Malo ignorantiam fateri meam, quam rem similem vel cogitare. Lapis autem hic sarcophagi instar excavatus est, unde forte in mentem subeat esse sarcophagum anaglyphis ornatum. Sed longior lapis videtur esse habita latitudinis altitudinisque proportione, quam ut sarcophagus unquam esse potuerit.

Vir sedens [2] qui eadem in tabula conspicitur, collari videtur instructus esse, ut erant illis temporibus servi, de quibus collaribus sermo paulo post futurus est. Amictus autem tunica quam cingulum erigit ne effluat divaricatis cruribus sedet in sella, cujus dorsum ita latum densumque est, ut mensæ vicem præstare valeat.

Vir [3] ille cujus caput effractum avulsumque est, nihil, nisi fortasse sedem, observandum præ se fert. Nudus autem est ad zonam usque.

IV. Armillæ [4] quæ in eadem tabula conspiciuntur occasione hujuscemodi ex terra erutæ fuerunt. In Normannia haud procul a Bajocassium urbe inter meridiem & occidentem in prædiolo juxta viam sito, cum D. le Haribel cujus est prædium, effodiendæ terræ operas exerceret, ipsæ operæ ad tres quatuorve pedes terram excavarunt, inciderunttque in urnas uno circiter pede altas, ex fictili terra cinerei coloris adornatas, nulloque instructas operculo, decemque numero. Ibi fracta ossa reperta sunt ex brachiis, cruribus, aliisque corporis partibus. Erant porro quasi ordinibus dispositа. Alius ordo supra alium positus, diversos, neque pares ossium situs exhibebat. Inter ordines autem illos materies quædam erat dura admodum & compacta, quæ adhibito etiam ferreo scalpro difficile effringi & separari poterat.

Putabat idem D. Haribellus carnes ipsas permixtas exsiccatasque in duram illam materiam coaluisse, vel fortasse aromata unguentaque permixta & exsiccata in lapidis modum obduruisse. Hæc porro verisimilior videtur esse opinio; Galli enim cadavera comburebant, ac consumptis, in pulveremque redactis carnibus, ossa sepeliebant. Inter urnas autem illas una ejusdem formæ atque materiæ cæteris longe major & amplior erat, in qua alia urna minor recondita fuerat; utraque autem operculo carebat, ut & cæteræ omnes. In hac postrema duplici urna plurimæ erant calvariæ, aliaque capitis ossa, per ordines item dispo-

& avec des matieres durcies comme ci-devant. Ces urnes se casserent dès qu'elles furent exposées à l'air, mais ce qui étoit dedans demeura ferme en une masse durcie, qu'on eut bien de la peine à défaire. Il y a apparence, dit M. le Haribel, que c'étoit un lieu destiné à ces urnes & à mettre les ossemens des morts, puisqu'à quelque distance de-là, & dans le même terrain, on trouva en fouillant la terre à profondeur égale, les ossemens d'un corps mort: sur l'os du bras gauche étoient plusieurs brasselets de bronze, les uns plus grands & les autres plus petits: ces brasselets sont tous cassés; mais en réjoignant les parties, on a trouvé la forme d'un des brasselets que j'ai fait dessiner avec quelques autres morceaux. Il est à remarquer que, de ces brasselets, les uns sont creux & les autres solides, ce qui est exprimé dans le dessein que j'en donne. Ce sont ces brasselets qui m'ont porté à mettre ces monumens au troisiéme tome, quoique ce qui regarde les funerailles appartiennent au cinquiéme.

---

sita, cum intermedia illa materia dura, ut antea diximus. Hæ autem urnæ effractæ sponte sunt statim atque ad plenum aerem expositæ fuerunt; sed quod intra urnas erat, in massam unam coactum manebat, ita ut non nisi cum magno labore frangeretur. Verisimile est, inquit D. Haribellus, locum illum urnis hujusmodi deputatum fuisse ad deponenda mortuorum ossa; quandoquidem prope locum illum eodem in prædio cum effoderent, ossa defuncti invenerunt, in cujus brachio sinistro armillæ erant æneæ: aliæ majores, aliæ minores: quæ armillæ fractæ erant, ita tamen, ut fragmenta possent admoveri & in locum suum reduci, quo factum ut armillam integram delineare possem & alia fragmenta separatim. Ex armillis autem illis excavatæ aliæ, aliæ vero solidæ sunt, quod in ipsarum imagine internosci facile potest. Armillarum autem occasione hæc in tertium tomum retuli, licet alia omnia quæ funera sepulcraque respiciunt, ad quintum tomum pertineant.



HABITS DES GAULOIS E



De

2



De Narbonne

3



De Narbonne

72

T GAULOISES. BRACELETS.

1



rbonne

4





CHAPITRE HUITIE'ME.

I. Maisons des Anciens. II. Maisons des Germains & des Gaulois. III. Chaise antique.

I. LE Bellori a cru que ce bâtiment de la colomne [1] Trajane où l'on voit trois statuës sur un grand portail, & puis une autre statuë entre quatre colomnes d'ordre Dorique; que ce bâtiment, dis-je, étoit le Palais de Décebale Roi des Daces. Cela pourroit être, mais si c'est un Palais d'un Roi & d'un Roi puissant comme étoit Decebale, que Trajan eut tant de peine à dompter, le sculpteur n'en a mis apparemment qu'une petite partie; ce qu'il nous représente ne contient que très-peu de logement. Sur la grande porte sont trois statuës; l'une desquelles est d'Hercule, qu'on reconnoît à sa massuë. Les deux autres ne sont pas aisées à reconnoître: ce qui est à remarquer, est que les trois statuës levent une main vers le Ciel: ce qui étoit peut-être propre à la religion de ce pays-là. Les autres [2] maisons des Daces que nous voyons sur la même colomne sont approchantes des nôtres. Les toits en sont assez plats, comme sont encore aujourd'hui ceux d'Italie, d'Espagne, & même de quelques Provinces les plus méridionales de la France. Les maisons sont toutes de pierre de taille, de même que celles que nous voyons en quelques endroits de la colomne Antonine, qui ne différent pas beaucoup de celle-là. Ce sont apparemment les maisons de quelques nations de Germains sujets aux Romains, & plus polies que les autres, qui se sentoient encore de la barbarie. PL. XXVI. 1.

II. Nous en remarquons sur la même colomne d'Antonin construites de bois & de chaume, toutes rondes, dont le couvert est rond comme une voute, ou se termine en cône. Elles paroissent pourtant assez propres. Il n'y entroit du jour que par la porte, qui est fort grande & qui dans quelques-unes monte presque jusqu'au toit. Les Gaulois en bâtissoient de même.

III. On m'a envoyé de Rome le dessein d'une chaise qu'on prétend être consu-

---

CAPUT OCTAVUM.

I. Veterum ædes. II. Casæ Germanorum & Gallorum. III. Sella antiqua.

I. PUtavit Bellorius columnæ Trajanæ ædificium illud, ubi ad magnum ostium tres statuæ visuntur, & alia quoque statua inter quatuor columnas ordine Dorico; illud, inquam, ædificium ædes esse Regias Decebali Dacorum Regis. Id verum esse forte potuerit; sed si sint ædes Regiæ Decebali, qui potentia multum valebat, & quem Trajanus vix superare profligareque potuit, sculptor certe perquam minimam ædium partem repræsentavit? in tam exiguo namque domicilio pauci poterant habitare. In majori porta, ut dixi, tres statuæ prominent, in iis autem Hercules, qui ex clava dignoscitur. Duæ autem aliæ statuæ vix dignosci possunt. Quod autem animadvertendum, singulæ statuæ manum versus cælum erigunt, id quod fortasse inter religiones gentis istius locum habuit. Aliæ Dacorum ædes, quas in eadem columna conspicimus, nostris domibus non ita dissimiles sunt. Tecta plana fere sunt, nec in acutum angulum desinentia; id quod hodie observatur in ædibus Italiæ, Hispaniæ, & aliquot Galliæ provinciarum versus meridiem positarum. Ædes porro omnes ex quadratis lapidibus structæ sunt, ut & etiam aliæ, quas in Antonina columna conspicimus, quæ ab aliis Trajanæ columnæ non multum differunt. Sunt autem, ut videtur, domus quarumdam Germaniæ Provinciarum quæ tum Romanis parebant, & à cæterorum Germanorum barbarie recesserant.

II. In eadem Antonina columna ædes conspicimus ex lignis paleisque confectas, rotundasque, quarum cacumen fornicis instar rotundum est, & in conum definit: sunt tamen illæ non inconcinne structæ. In casas porro nonnisi ab ostio lux ingrediebatur, quod ostium præaltum est, & in nonnullis ad tectum usque aperitur. Eodem quoque modo veteres Galli ædes struebant suas.

III. Roma mihi transmissa fuit delineata sella sequens, quam esse consularem putant. Ille autem qui delinea-


laire. Le deſſinateur a oublié d'y mettre une échelle pour marquer les meſures. Cette chaiſe a été certainement faite pour quelque victoire. Les Caryatides qui ſont à côté du ſiege, & qui tiennent chacune un trophée, ne laiſſent aucun lieu d'en douter. Elles ſoutiennent une belle platte-bande qui s'étend même par de-là la chaiſe. Aux deux extrémités de la platte-bande ſur les côtés, ſont une tête d'homme & une de femme, ornemens ordinaires à ces ſortes de monumens. Tout le devant de la platte-bande contient une hiſtoire. On y voit le victorieux revêtu d'une tunique relevée au milieu par une ceinture, ce qui pourroit peut-être faire croire que ce n'eſt qu'une ovation : & ce qui ſemble confirmer la conjecture, eſt que le victorieux eſt à pied, & non pas dans la *thenſa*, ou dans le char tiré à quatre ou à ſix chevaux à la maniere des triomphateurs. Une figure derriere le victorieux le couronne, & tient de l'autre bras une corne d'abondance : de l'autre côté une femme lui préſente un globe ; c'eſt ce que nous voyons ſouvent ſur les bas reliefs qui repréſentent des Empereurs Romains. A côté de cette femme, une autre femme vient ſe proſterner aux pieds du victorieux, & lui tend les mains comme pour lui demander miſericorde. Cette femme marque ſans doute, ou la Province vaincuë, ou la ville qui ſe rend, & qu'on voit repréſentée à l'autre extrémité du marbre avec ſes tours & ſes murailles. Un centaure ſorti de la ville vient au devant du victorieux en jouant du cor, comme pour l'inviter d'y venir. A la porte de la ville un homme tend la main au vainqueur pour le preſſer de s'y rendre. Je pencherois à croire que c'eſt un Empereur Romain : en ce cas-là ce ne ſeroit point une ovation, mais un triomphe. A l'extrémité oppoſée à la ville on voit dans un antre un fleuve repréſenté à l'ordinaire avec une urne d'où l'eau coule. C'eſt le fleuve ou de la ville ou de la Province ſubjuguée. Au-deſſus de l'antre on voit un lion, marque du pays où la victoire à été remportée ; c'eſt-à-dire, ou de l'Afrique, ou de l'Orient. Cette chaiſe qui appartient aux triomphes ſe trouvera au quatriéme tome de ce Supplément.

---

vit, menſuram ſellæ apponere neglexit. Certum autem eſt hujuſmodi ſellam pro victoria quapiam repræſentanda concinnatam fuiſſe. Caryatides ad latera ſellæ poſitæ, quæque ſingulæ tropæum tenent, nihil ea de re dubii relinquunt. Illæ vero quamdam ceu tabulam ſuſtinent, quæ etiam ultra ſellam utrinque extenditur. In extrema tabula utrinque viſuntur, hinc caput viri, inde caput mulieris, quæ ornamenta in monumentis hujuſmodi alibi etiam conſpiciuntur. Tota pars anterior tabulæ illius hiſtoriam quamdam in anaglypho repræſentat. Hic victor conſpicitur tunica indutus, præcinctuſque zona, quod fortaſſe indicet eſſe tantum ovationem ; quodque conjecturam hujuſcemodi firmare videtur, victor ipſe pedes eſt, non in thenſa, aut in quadriga, aut in curru ſex equis juncto. Pone victorem quiſpiam ipſum coronat, alteraque manu cornu copiæ tenet. Ad partem alteram mulier victori globum offert; id quod ſæpe in anaglyphis viſitur, ubi Romani Imperatores repræſentantur. Ad latus mulieris hujuſce, altera mulier ad victoris pedes procumbit, manuſque tendit, ac ſi veniam poſtulet & gratiam imploret. Hæc porro mulier haud dubie vel devinctam Provinciam ſignificat, vel urbem quæ ſe dedit victori, quæque ad extremam aliud marmoris latus depingitur cum turribus atque mœniis. Centaurus ex urbe egreſſus victori obviam venit, cornu inſtrumento muſico ludens & perſonans, ac ſic victorem invitet ut in urbem ingrediatur. In ipſa urbis porta vir verſus victorem tendit manum, quaſi ut properare jubeat. facile crediderim Imperatorem eſſe Romanum : quo caſu non ovatio, ſed triumphus eſſet. In oppoſito extremo latere in antro quodam repræſentatur fluvius, vir nempe pro more, cum urna ſub cubito unde manat aqua. Eſt fluvius aut urbis, aut Provinciæ devictæ. Supra antrum leo viſitur, quo fortaſſe ſignificatur quæ Provincia ſubacta fuerit, eſtque forte vel Africæ, vel Orientalium regionum Provincia quædam. Hæc porro ſella, quia ad triumphos pertinet, in quarto hujus Supplementi tomo inſculpta fuit.


BÂTIMENS

1




Colonne Trajane

3



Colonne Antonine

4



Colonne Antonine

MAISONS DES GERM

5



Colonne Antonine

2



Colonne Trajane

MAISONS DES GERMAINS

6



Colonne Antonine

NS


FESTIN, POCILLATEUR



Marbre Romain



2



M. Vernai de Geneve

troisiéme d'un trigone, instrument à trois angles composé de cordes tendues, elle tient un plectre pour le toucher. Au-dessus du trigone sont deux aîles attachées par le milieu avec des rubans dont les bouts flottent en l'air. Presque à la même hauteur, on voit encore deux aîles liées, & trois bandes de rubans qui flottent de même. S'il y a là du mystére je ne le comprends pas.

II. L'échanson qui suit a cela de particulier, qu'il porte le bonnet Phrygien, bonnet qu'on donnoit à presque tous les Barbares : le vaisseau qu'il tient, & qui se termine par une tête de bœuf, est ordinaire dans les anciens monumens. Ces Pocillateurs ou échansons, étoient ordinairement entre les serfs ou esclaves les plus cheris de leurs maîtres.

III. Ces serfs s'acqueroient en deux manieres. C'étoient quelquefois des pauvres jeunes gens qui se vendoient à certain prix. Le plus grand nombre étoient de gens pris sur les ennemis, on les employoit à toute sorte d'offices & de ministéres, à travailler aux champs, aux jardins, à des bâtimens & à toute sorte d'ouvrages : en un mot on les appliquoit à différentes choses, chacun selon sa portée. Le grand nombre d'esclaves faisoit la richesse du maître. Tous les enfans qui naissoient des esclaves, suivoient le sort de leurs meres; & étoient eux-mêmes esclaves ; ceux-ci étoient appellés *vernæ*. Quand le sort vouloit qu'ils eussent des maîtres bons, doux & bienfaisans, l'esclavage étoit plus supportable. Ceux qui étoient destinés pour servir le maître lui-même, étoient plus heureux. Il se trouvoit des maîtres qui les prenoient tellement en affection, qu'ils les regardoient comme les enfans de la maison. Le maître venant à mourir, il arrivoit assez souvent, du temps des Empereurs, que sa veuve épousoit un de ces esclaves nés dans la maison : on fit plusieurs décrets pour l'empêcher, & ces défenses si réïterées marquoient, comme il arrive ordinairement, que la chose alloit passer en coutume. Quelquefois les maîtres donnoient la liberté à leurs esclaves ; on les appelloit alors *liberti* affranchis. Ils restoient encore dans la maison après l'affranchissement, où ils vivoient avec toute liberté, acqueroient du bien, & devenoient quelquefois plus opulens que leurs maîtres mêmes. On en voit dans l'histoire Romaine bien des exemples qu'il seroit trop long de rapporter. Il y en

---

cantare videtur; tertia trigonum habet, instrumentum trium angulorum, intensis chordis instructum. Supra trigonum duæ sunt alæ per medium colligatæ fasciis, quarum extrema per aerem volitant. Eadem ferme linea & alditudine visuntur etiam duæ alæ ligatæ, & tres fasciæ similiter, quæ item volitant. Si quid insit in his mysterii, certe nihil, ut vere fatear, in mentem subit, quod ad arcanorum hujusmodi interpretationem juvare possit. Putat Bellorius his designari animas illas alatas Platonis : quod an ad rem explicandam juvet, lectoris judicium expecto.

II. Pocillator qui sequitur à Phrygia tiara spectabilis est, quæ tiara omnibus pene barbaris dabatur. Vas illud magnum quod ille tenet, & capite bovis inferne terminatur, in veterum monumentis passim occurrit. Hi Pocillatores ex illo servorum numero erant, qui ab heris maxime diligebantur.

III, Servi autem duobus poterant modis acquiri. Aliquando juvenes quidam pauperes, sese statuto precio ad serviendum vendebant. Sed major servorum numerus erat ex capitis hostibus gentibusque barbaris. Hi vero ad omne ministeriorum genus adhibebantur; alii terræ colendæ deputabantur ; alii in hortis amandabantur; alii ad ædificiorum constructionem inserviebant : in summa nullum non genus ministerii erat quo non adhiberentur servi illi, prout cujusque indoles ferebat. Magnus servorum numerus heros opulentos reddebat. Quotquot ex servis nascebantur, matrum sequebantur sortem, & servi etiam ipsi erant, sed vernæ vocabantur. Cum forte accidebat ut herus esset probis moribus & beneficus, tunc servorum conditio tolerabilior erat : qui vero prope herum aderant ad ministeria quotidiana, hi cæteris fortunatiores habebantur. Aliquando autem heri ea erant in servos suos animi propensione, ut eos tamquam filios haberent. Defuncto hero non raro evenerat ut vidua ex vernis alicui nuberet. Plurima prodiere decreta quæ illud impedirent. Illæ vero repetitæ inhibitiones signum erant rem mox in consuetudinem vertendam esse. Aliquando heri servis suis libertatem dabant, tuncque illi appellabantur liberti libertatem assequuti. Persæpe adhuc in ædibus heri manebant, ubi quasi liberi degebant, prædia sibi acquirebant, & aliquando ipsis heris opulentiores evadebãt. In historia Romana multa hujuscemodi sunt exempla, quæ longius esset referre, quam instituti nostri ratio patiatur. Non deerant etiam

avoit aussi qui parvenoient aux premieres charges de l'Empire.

Quand le mauvais sort vouloit que les Esclaves tombassent en mauvaise main, ils étoient traités fort durement; on les employoit tous les jours à des travaux les plus pénibles, & la pitance qu'on leur donnoit étoit quelquefois si petite, qu'à peine pouvoient-ils subsister. Cela faisoit que plusieurs pour se soustraire aux mauvais traitemens s'enfuyoient pour aller chercher parti où ils pouvoient. Les maitres pour éviter ces évasions, leur mettoient des colliers si forts, si bien serrés & si solides qu'ils ne pussent pas les défaire, & faisoient graver dessus des inscriptions, où ils prioient ceux qui les rencontreroient de les arrêter, & de les ramener chez eux. Ces curieux colliers se trouvent aujourd'hui dans plusieurs cabinets de l'Italie.

IV. On croyoit anciennement que les prieres des Vestales avoient la vertu d'empêcher ces déserteurs de sortir de Rome, & de les arrêter, pourvu que ces prieres fussent faites avant leur sortie de la ville. C'est ce que dit Pline 28. 2. Mais comme on avoit vu par expérience que ces prieres n'y faisoient rien, on ne s'y fioit plus, & on leur attachoit des colliers comme nous venons de dire. M. Fabertti en a rapporté les inscriptions p. 522. telles que je les donne ici. Sur une piece de cuivre ronde qui avoit été attachée à un de ces colliers, on lit ainsi, *Tene me, quia fugio, & revoca me in Septis. Arrêtez-moi, car je prends la fuite, & ramenez-moi au lieu appellé Septa.* Une autre a ainsi: *Arrêtez-moi, car je m'enfuis, & ramenez-moi à la rue appellée via lata, à mon maître Flavius:* une autre; *Arrêtez-moi, car je m'enfuis, & ramenez-moi à Leon qui demeure à la Basilique de Paul.* Celle-ci est d'un autre stile. *Je suis esclave de Leon Scriniaire; arrêtez-moi de peur que je ne m'enfuie, & ramenez-moi au lieu appellé Clivus Triarius.*


On se servoit de la même précaution pour empêcher les femmes esclaves de s'enfuir. Cette inscription du cabinet de M. Bellori en fait foi: *Je suis Petronia, arrêtez-moi, car j'ai deja pris deux fois la fuite, ramenez-moi à la maison d'Athenodotene à mon maître Vitalion.*

---

qui ad prima imperii officia & munera eveherentur.

Quando ex mala sorte servi in heros aspero duroque animo præditos inciderent, ii aspere agebantur, laboribusque ingentibus deputabantur, alimentaque sæpe cum tanta parsimonia assignabantur, vix ut vitam sustentare possent. Hinc eveniebat ut multi fuga sibi salutem libertatemque parare tentarent, & mitiorem fortunam exquirere. Heri ut fugam ejusmodi prævverterent, servis collaria ferrea immittebant adeo solida firmaque, ut ea auferre non possent; in hujusmodique collaribus inscriptiones sculpi curabant, queis rogabantur ii qui in fugitivos inciderent, ut arriperent, & ad heros reducerent. Hujusmodi collaria non pauca in Museis per Italiam visuntur.

IV. Priscis temporibus putabantur Vestalium precationibus effici, ut mancipia illa nondum ex urbe egressa retinerentur, modo precationes hujuscemodi emissæ fuissent antequam servi egrederentur ex urbe, teste Plinio 28. 2. Sed quoniam experientia compertum habebatur, hujusmodi precationibus mancipia nullo modo cohiberi, collaria immittebantur, ut modo dicebamus. Inscriptiones collarium bene multas attulit Raphael Fabrettus p. 522. quales hic proferimus. In lamella ænea quæ in collari quopiam immissa fuerat legitur:



Altera plumbea sic habet: TENE ME QVIA FVGIO ET REVOCA ME IN VIAM LATAM AD FLAVIVM D. M. id est *Dominum meum.* Alia: TENE ME QVIA FVGI ET REBOCA (sic) ME IN BASILICA PAVLI AD LEONEM. Hæc alio stylo scripta sic habet: SERVVS SVM LEONTIS SCRINIarii TENE ME NE FVGIAM ET REVOCA ME IN CLIVO TRIARIO.

Eadem cautio adhibebatur pro mulieribus servis: ut hæc inscriptio ex museo olim Bellorii docet: *Petronia tene me quia fugi bis; & revoca me ad domum Athenodotenis ad dominum meum Vitalionem.*

Celle qui suit paroit avoir été faite par quelqu'un qui vouloit se jouer & se divertir ; ou peut-être qu'Olibrius son maître étoit si sûr de la fidelité & de l'affection de son esclave, qu'il fit mettre cette inscription de peur que quelqu'un ne l'arrêtât. *Je suis du jardin d'Olibrius préfet du Prétoire, gardez-vous bien de m'arrêter ; vous ne vous en trouveriez pas bien.*

Il semble pourtant qu'il n'étoit pas difficile à des esclaves qui avoient les mains & les pieds libres comme ceux-là d'ôter ces colliers. Un homme qui pense continuellement à se délivrer d'une dure captivité, trouve toujours des expédiens pour prendre sûrement la fuite, quand il a les mains & les pieds libres, & qu'il n'est pas enfermé.

Sequens autem à ludente quopiam facta videtur, est que Latino-Barbara. *De ortum Olibri V. C. sum prefecti pretoris ; noli me tenere, non tibi expediet.*


Non difficile tamen fuisse videtur servis, qui manibus pedibusque liberi erant, hæc collaria prorsus amovere. Quid dura pressus captivitate, de recuperanda libertate semper cogitat, facile evadendi modum reperit, si manus pedesque liberos habet, nec inclusus quasi in carcere sit.



1

1


M. Fontanini

2


2


Notre Cabinet



CHAPITRE SECOND.

I. Vases Hétrusques estimés anciennement. II. Gobelet Hétrusque singulier.

I. Les vases Hétrusques de différente sorte & à différens usages, étoient si communs en Italie, qu'on en trouve encore aujourd'hui une très-grande quantité. Il y en a onze en cette Abbaye : Les cabinets d'Italie en sont tous pleins. L'art de la poterie & des ouvrages de terre a pris son origine à Corinthe, dit Pline 35. 12. Demarate Chorinthien pere de Tarquin le porta en Hétrurie. On trouva depuis l'art de donner la couleur à la terre dont on formoit ces ouvrages. On en faisoit non seulement des vases, mais aussi des statuës : il y en avoit encore à Rome, dit Pline, qui s'étoient conservées jusqu'à son temps. Aretium ville d'Hétrurie, qui s'appelle aujourd'hui Arezzo, étoit en réputation d'avoir d'excellens ouvriers en ce genre. Il y en avoit qui les estimoient beaucoup, & les achetoient fort cher; d'autres n'en faisoient point de cas. C'est à un de ceux-là que Martial dit, Pl. XXVIII.

Ne méprisez pas tant les vases Aretins
Le Roi Porsene en ses festins
Ornoit tous ses buffets de bouteilles Toscanes.

On en faisoit de toutes sortes : il se trouve encore aujourd'hui des coupes, des tasses, de grands vases, des phioles, des bouteilles de toute grandeur. On y représente differentes choses, des faits particuliers, des jeux, des combats, des victorieux qu'on couronne, des histoires, des fables. Le fond est toujours noir ou brun, & les figures jaunes ou rougeâtres. Cette terre est ordinairement si légere, qu'elle ne pese pas plus que du bois.

II. Voici un gobelet dont le dessein m'a été envoyé par M. Fontanini sçavant & illustre Prélat Romain. Le bas a la forme de la tête d'un bœuf; au

---

CAPUT SECUNDUM.

I. Vase Hétrusque fort grand. II. Barque extraordinaire de Cerès & Proserpine. III. Castor & Pollux. IV. Fleuve qui sépare en deux les images d'un vase. V. Autre vase de Cupidon & Bacchus. VI. Autres vases. VII. Venus sortant de la mer sur un Cygne. VIII. Autres vases.

I. VOici le plus grand & le plus singulier vase Hétrusque du cabinet de M. le Cardinal Gualtieri. Il a en tout environ trois pieds de roi de haut, en y comprenant la plus grande hauteur des anses, qui se terminent au bas dans les deux faces en têtes de cygnes. Le plus haut des anses est orné aux deux faces de têtes d'enfant. Vers le milieu de l'anse à la premiere face, il y a un cygne entier peint de chaque côté. Le cou du vase si remarquable à l'autre face, n'a ici que des feuillages & d'autres ornemens de caprice. Le tableau de dessous présente un autel fort élevé. Deux athlétes assis à droite & à gauche de l'autel tiennent, l'un un thyrse & un bassin où sont quelques fruits, & de l'autre main un certain instrument qu'on ne connoit point. Au milieu, deux bandes qui servoient comme nous avons vu à faire des couronnes, sont liées à trois tours par une autre bande : c'est peut-être pour faire deux couronnes aux deux vainqueurs ; ce qui confirmeroit notre conjecture sur les tablettes numerales ; conjecture qui demande encore des marques plus précises. Les deux femmes de dessous n'ont rien qui n'ait été déja remarqué. Pl. XXXV.

II. Passons à la face suivante qui nous donnera bien de l'exercice. On voit au plus haut de l'anse deux têtes d'enfant comme à l'autre face, & plus bas sur la même anse aux deux côtés deux hommes nuds qui mettent chacun un pied sur un bouclier. Ils tiennent des deux mains un palet, leur bonnet a la forme d'un pain de sucre : nous en avons déja vu de même. Ce sont apparemment deux joueurs au palet. Sur le cou du vase est représentée une image bien extraordinaire. D'une barque ovale qui a la forme

---

CAPUT OCTAVUM.

I. Vas Hetruscum prægrande. II. Navicula stupendæ formæ, in qua Ceres & Proserpina. III. Castor & Pollux. IV. Fluvius qui vasis cujuspiam imagines in duas partes dividit. V. Aliud vas Cupidinis & Bacchi. VI. Alia vasa. VII. Venus è mari emergens cygno vecta. VIII. Alia vasa.

I. EN vas maximum, interque Hetrusca singularissimum, ex Museo eductum Eminentissimi Cardinalis Gualterii. Est autem altitudine regiorum trium pedum, si ansarum sublimitatem majorem metiare; quæ ansæ inferius terminantur in cygnorum capita, idque in utraque vasis facie. Quæ sublimior ansarum pars est, ornatur utrinque puerorum capitibus. In media ansa ad primam faciem, cygnus est integer utrinque depictus. Vasis collum in altera facie tot ornamentis decoratum, hîc folia tantum, & alia id generis ornamenta præ se fert. Inferior altera imago aram altam offert : duo autem athletæ hinc & inde prope aram sedentes, præ manibus tenent, alter thyrsum & pelvim aliquot fructibus onustam, alter instrumentum quodpiam non notum. In medio duæ fasciæ, quæ coronis adornandis deputabantur, illigatæ sunt, alio scilicet ligamine ter circumducto. An ut inde duæ coronæ adornentur pro duobus athletis victoribus ? Quod certe conjecturam nostram circa tænias illas numeris destinatas confirmaret : quæ conjectura novas adhuc clarioresque notas expetit. Duæ mulieres infra positæ nihil habent non jam observatum.

II. Jam ad alteram faciem transeundum, in qua certe plus exercitii offertur. In suprema ansa duo puerorum capita cernuntur, ut in facie altera; & infra in eadem ansa atque in utroque latere duo viri nudi, qui ambo clypeum pede premunt; ambabus vero manibus discum tenent. Pileus utriusque in conum desinit : hi certe videntur disco ludere velle. In vasis collo insolitum stupendumque spectaculum

d'un œil ſur la proüe, ſort Cerès & Proſerpine ſur un char à quatre chevaux : ces chevaux diviſés deux-à-deux, & tournés de côtés différens, ont les deux pieds de devant élevés en l'air pour ſauter ſur terre : un Satyre, qu'on reconnoit à ſes cornes, tient la bride d'un des chevaux pour le faire ſauter ſur le bord où il ſe tient lui-même ; il porte au cou un manteau qui voltige au gré des vents, & de l'autre main il tient un inſtrument qui a l'air d'un labarum renverſé, mais qui n'eſt rien moins que cela. De l'autre côté eſt un homme qui tient un bouclier, & de l'autre main un flambeau. Voir Cerès & Proſerpine ſortir d'une barque ſur un char tiré à quatre chevaux, c'eſt une choſe ſi extraordinaire, que je ne ſçai ſi l'on a jamais rien trouvé d'approchant. A-t-on voulu repréſenter ici ſon arrivée en Sicile avec Proſerpine ſa fille, avant que Pluton l'enlevât ? Il y avoit en bien des lieux des opinions particulieres sur les dieux & les déeſſes, dont ni les hiſtoriens ni les mythologues n'ont jamais fait mention. Proſerpine a ici une eſpece de *nimbus* qu'on mettoit quelquefois à la tête des divinités ; mais plus ſouvent à celle des Empereurs.

III. Le tableau qui occupe la largeur du vaſe, eſt encore fort ſingulier. On y voit un temple à deux pilaſtres d'ordre Corinthien. Dans ce temple ſont Caſtor nud menant ſon cheval, & Pollux aſſis & vêtu tenant une demi pique. On voit ſouvent Caſtor & Pollux enſemble à cheval, & quelquefois auſſi Caſtor ſeul menant ſon cheval. Caſtor étoit habile cavalier, & Pollux excellent athléte, qui étoit cenſé préſider aux jeux d'amphithéatre & de cirque.

Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,

dit Homere. C'étoient là les dieux que les Hétruſques adoroient ſans doute, puiſqu'ils paſſoient la meilleure partie de leur vie à la courſe des chevaux, & aux éxercices & jeux du cirque. Aux côtés du temple, on voit un homme aſſis nud qui tient une demi pique comme Pollux, & de l'autre cet inſtrument que nous avons tant de fois vu, & qui eſt peut-être un de ces inſtrumens qui ont paſſé juſqu'à préſent pour des pateres, & dont nous avons

---

adeſt. Ex navicula ovatæ formæ, quæ, quod obſerves velim, oculum in prora depictum habet, egrediuntur Ceres & Proſerpina in curru poſitæ quatuor equis juncto. Equi vero bini & bini ad varias converſi plagas, duos anteriores pedes in aere ſublimes tenent, ut in terram ſaliant. Satyrus, ex cornibus quis vere ſit cognitus, unius ex equis habenas tenet, ut ad oram adverſam in qua ipſe ſtat, inſilire cogat. Pallium à collo pendens geſtat, quod à ventis mirifice agitatur, alteraque manu inſtrumentum tenet, quod inverſum labarum diceres, ſed aliud quam labarum certiſſime eſt. Ad aliud latus vir eſt clypeum tenens, alteraque manu facem. Cererem ex navicula egredientem, & quadriga in ipſa cymba vectam cernere, res eſt ita ſtupenda, ut ignorem an quidpiam vel affine, vel ſimile uſpiam viſum fuerit. An voluerunt ejus in Siciliam appulſum repræſentare, cum Proſerpina ſcilicet filia, antequam ea à Plutone abriperetur. Erant certe multis in locis variæ opiniones circa deos deaſve, de quibus ne γεὺ quidem hiſtorici mythologive unquam dixerunt. Proſerpina hîc quemdam ceu nimbum habet, quem in capite deorum, etſi raro depictum vidimus; frequentius autem in capite Imperatorum.

III. Imago etiam illa quæ totam vaſis latitudinem occupat, admodum ſingularis eſt. Templum ibi viſitur duabus paraſtatis ordinis Corinthii fultum. In hoc templo ſunt Caſtor nudus, equum ſuum ducens, & Pollux ſedens veſtibus opertus, & haſtam brevem tenens. Sæpe viſuntur Caſtor & Pollux ſimul & ambo equites, & aliquando etiam Caſtor ſolus equum ducens ſuum. Caſtor eques & equitandi peritus erat, & Pollux athleta egregius, putabatur amphitheatricis ludis & circo præſidere,

Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

inquit Homerus. Hos certe deos præcipue Hetruſci coluiſſe videntur, quando maximam vitæ partem equorum decurſionibus & circenſibus ludis impendebat. Ad latera templi conſpicitur vir nudus ſedens qui haſtam brevem tenet, ut Pollux, & altera manu aliud inſtrumentum, in quod ſæpe ante incidimus, & quod fortaſſe ex umero inſtrumentorum illorum eſt, quæ hactenus pro pateris ſunt habita, & de quibus mentionem fecimus in ſecundo hujus Supple-



76

SE
SQUE



ri. haut de trois pieds.

parlé au second tome de ce Supplément. Au-dessous de cet homme, est une jeune fille qui tend la main vers le temple : au côté opposé un jeune homme assis tient au bout d'un bâton un masque, ce qui nous donne à connoître que les Hétrusques s'appliquoient aux jeux scéniques comme aux autres. Au-dessous de lui une autre fille présente je ne sçai quoi d'ovale aux dieux qui sont dans le temple.

IV. Nous voyons sur le vase qui vient après, ce qui ne se trouve ni dans ceux qui précedent, ni dans ceux qui suivent : dans les deux faces un fleuve sépare le tableau d'en haut de celui d'en bas, pour marquer sans doute que ce sont des histoires différentes. Ce fleuve se reconnoit aux poissons dont quelques-uns sont d'une forme si extraordinaire, que cela pourroit faire croire qu'on à voulu représenter un bras de mer. Au-dessus du premier tableau, on voit à chaque face du vase une tête représentée. Le premier tableau montre un sacrifice d'un taureau. Une femme qui est apparemment la Prêtresse lui met une couronne arrêtée par les cornes. Le taureau s'abbat, Cupidon vole par-dessus, & tient une couronne : peut-être est-ce un sacrifice fait à Cupidon ; derriere le taureau une femme & un homme nud qui tient une couronne, tirent sa queuë d'une grande force. A l'extrémité opposée du tableau une femme assise à demi nuë tient un bâton qui paroit être un thyrse, ce qui conviendroit à l'ornement du haut bord du vase, qui est une branche de vigne ; une autre femme tient un instrument semblable à celui que nous avons vu au vase précedent. Le tableau de dessous est remarquable par deux grands Cupidons dont l'un semble voler & tient une couronne, & l'autre est assis & tient aussi une couronne. Quelqu'un croira peut-être que ce sont des Hétrusques qui ont mis des aîles, & que ces gens s'exerçoieut à voler : ce qui ne seroit pas hors de vraisemblance, puisque les auteurs & les monumens encore plus que les auteurs, nous disent qu'il n'y eut jamais dans l'antiquité de plus grands amateurs de jeux que les Hétrusques. Entre les deux Cupidons est une femme assise, qui tient d'une main une couronne & de l'autre je ne sçai quoi. Ces monumens nous apprennent que du moins fort souvent les femmes donnoient les couronnes aux vainqueurs. Une autre femme termine le tableau. Pl. XXXVI.

A l'autre face une femme assise tient un rameau de laurier ; une autre

---

menti tomo. Infra vidimus puellam, quæ versus templum tendit manum. In opposito latere juvenis nudus in extremo baculo larvam tenet, unde discimus scenicos quoque ludos ab Hetruscis etiam frequentatos fuisse, ut alios omnes ludos. In loco huic inferiore altera puella nescio quid ovatæ formæ diis qui in templo visuntur, porrigit.

IV. In vase sequenti illa conspicimus, quæ neque in præcedentibus, neque in sequentibus observantur. In duabus nempe vasis faciebus fluvius in utraque facie imaginem in duas secat partes, separatque imaginem superiorem ab inferiori, ut significetur haud dubie historias ibi omnino diversas exhiberi. Ex piscibus autem agnoscitur fluvius, quorum quidam formæ sunt insolitæ, unde fortasse arguatur marinum canalem hic repræsentari. Supra primam imaginem in utraque vasis facie, caput humanum exhibetur. Prima imago tauri sacrificium depictum exhibet. Mulier quæ videtur esse sacerdos, coronam ejus capiti imponit per cornua firmatam. Taurus procumbit ; Cupido supervolat, coronamque tenet : forte autem sacrificium Cupidini offeretur. Pone taurum mulier & vir nudus caudam tauri totis viribus versus se pertrahunt. In extrema imaginis parte mulier sedens seminuda baculum tenet, qui thyrsi formam habet, id quod affine est ornamento supremæ vasis oræ, quod est pampineus ramus. Altera mulier instrumentum tenet simile ei quod in præcedenti vasi vidimus. Imago inferior spectaculum offert duorum Cupidinum, quorum alter volare videtur, coronamque tenet, alter vero sedens coronam tenet similiter. Existimabit forte quispiam Hetruscos esse, qui appositis sibi alis ad volatum exercentur, id quod certe à verisimili non abhorret, quando & scriptores & monumenta etiam plus quam scriptores, testificantur nullos unquam fuisse populos ita ludis deditos, ut Hetrusci dediti erant. Inter duos illos Cupidines mulier visitur sedens, quæ manu tenet coronam, & altera etiam nescio quid. In hisce monumentis edifcimus, sæpe mulieres athletis victoribus coronas distribuisse. Alia mulier agmen claudit.

In altera vasis facie mulier sedens ramum lauri te-

une couronne; une autre assise tient d'une main un thyrse, & de l'autre un plat qu'elle présente au vainqueur. Au tableau de dessous, le vainqueur assis tient d'une main une couronne, & de l'autre une branche de laurier. Les deux femmes à droite & à gauche n'ont rien que d'ordinaire.

V. Un autre vase représente d'abord un Cupidon qui tient un bandeau orné de pierreries ou de perles; cela ne paroit pourtant pas dans cette image comme dans l'original : ces bandeaux servoient à faire des couronnes. A côté de Cupidon une femme tient d'une main un thyrse, & de l'autre un panier de fruits : à l'autre côté du tableau une autre femme tient un thyrse & un flambeau. Un homme assis au-dessous, est je crois Bacchus qui a un grand thyrse, & tient de l'autre main un vaisseau : devant lui est un Bacchant nud qui marche & porte une espece de sceau. A l'autre face & sur le cou du vase, on voit le buste d'un homme qui a les oreilles & les cornes de bœuf. Deux lions qui le regardent tiennent chacun de leurs pattes un rameau de laurier au bout duquel est une fleur qui ressemble à une rose. Seroit-ce Bacchus cornu que nous avons vu au premier tome de l'Antiquité Pl. CVLVII. Comme toute la face du vase que nous venons de décrire regarde Bacchus, il y a assez d'apparence que c'est lui. Le tableau de dessous n'a presque rien d'ordinaire. On y voit d'abord Cupidon qui va à sa mere Venus, & derriere Venus un garçon vêtu qui tient un Instrument qui a l'air d'un fallot non allumé. A l'autre extrémité, à la hauteur de Cupidon, il y a une femme assise séparée de la troupe d'en haut par un palmier qui occupe toute la hauteur du tableau. Cette femme a de certaines pointes dans sa coeffure; mais bien moins qu'un homme qui est au dessous, dont l'habit est tout différent de ceux que nous avons vus jusqu'ici, aussi-bien que les habits des trois personnes qu'on voit au-delà du palmier. Deux paroissent être le mari & la femme. Le mari assis sur une base de pierre tient son épée qui est dans le foureau, sa chaussure est à remarquer. La femme est voilée & se tient auprès du mari. Le personnage de l'autre côté est plus singulier. C'est un grand homme barbu, qui a de la prestance. Il porte une tunique au haut de laquelle il y a une espece de fraise, les manches qui vont jusqu'au poignet sont rayées en lozange. Au-dessus de la tunique il a un manteau, qui appro-

---

net, altera coronam, tertia altera manu thyrsum, altera lancem quam victori porrigit. In imagine inferiori victor sedens manu altera coronam, altera lauri ramum tenet. Duæ mulieres hinc & inde nihil habent nisi vulgare.

V. Aliud vas Hetruscum Cupidinem primo spectandum offert, qui tenet ornatam gemmis sive unionibus tæniam, quæ tamen hic non ita clare cernuntur, ut in deleata imagine mihi transmissa. Illæ tæniæ adornandis coronis adhibebantur. Ad Cupidinis latus mulier altera manu thyrsum, altera canistrum fructibus plenum tenet. In altero imaginis latere, alia mulier thyrsum & facem exhibet. Vir subtus sedens est, ut quidem existimo, Bacchus, qui thyrsum prægrandem habet, & altera manu vas quodpiam. Ante Bacchum Bacchans nudus graditur, & situlam tenet. In altera porro facie in vasis collo, protome viri visitur, taurinis cornibus auribusque instructi. Duo leones ipsum respiciunt, ac sub pedibus uterque tenet lauri ramum, in cujus extremitate flos est rosæ similis. An hic Bacchus cornutus est, quem vidimus in primo Antiquitatis explanatæ tomo tab. CVLII. Cum hæc tota vasis facies quam descripsimus ad Bacchum pertineat, verisimile certe est hic Bacchum cornutum repræsentari. Imago inferius depicta nihil fere vulgare habet. Statim conspicitur Cupido, qui matrem suam Venerem adit; & pone Venerem puer instrumentum tenens faci extinctæ simile. Ad aliud extremum latus è regione Cupidinis, mulier sedens conspicitur, à cœtu superiori separata per palmam arborem, quæ totam imaginis altitudinem occupat. Hæc mulier ceu cuspides quasdam in capite gestat, sed longe pauciores quam vir infra positus, cujus vestes prorsus differunt ab iis quas hactenus vidimus, quemadmodum & vestimenta trium virorum mulierumve quos ultra palmam cernimus. Duo videntur conjuges esse. Vir sedens in lapidea basi gladium in vagina conditum tenet : calceorum modus spectabilis est : uxor velata prope conjugem sedet. Vir ad aliud latus positus longo singularior est : grandis est staturæ, barbatus, aliquid dignitatis præ se ferens. Tunicam gestat, in cujus summitate collare complicatum, ni fallor, video. Manicæ quæ ad manum usque pertingunt, lineolis rhombos ex-

VASES HETRUSQUES





2. pieds 4. pouces de haut





Environ 20. pouces

M. le Card. Gualtieri

che de la toge Romaine. Son bonnet a des pointes qui font ſoupçonner que c'eſt une couronne royale. Il porte une picque ou un long ſceptre au bout duquel eſt un oiſeau qui paroit être un aigle. Ce pourroit bien être un Roi. Quelqu'un croira peut-être que c'eſt Jupiter. Au reſte, c'eſt ici qu'on apperçoit encore mieux que ces vaſes devoient être gravés plus grands, & tous comme celui de la planche précédente. Il n'eſt pas poſſible dans des images ſi petites de diſtinguer certains petits objets, qui peuvent être quelquefois de conſéquence.

VI. Le vaſe qui vient après n'a que des figures que nous avons déja vuës très-ſouvent, & qui ne demandent point d'explication.

La premiere face du vaſe ſuivant repréſente, ce me ſemble, Bacchus & ſa troupe. Un Bacchant marche devant avec un flambeau. Bacchus vient enſuite à grand pas tenant un thyrſe, & portant un manteau rejetté en arriere, qui ne couvre nullement ſa nudité. Il regarde une Bacchante qui jouë de la flutte. Après vient un vieux Bacchant, peut-être Silene, qui tient un baſſin. L'autre face du vaſe nous montre une ſcéne bien différente. On y voit d'abord trois femmes dont deux ſont aſſiſes & l'autre debout. L'une tient ſur ſa tête un paraſol fait comme ceux d'aujourd'hui. Après cela vient une colomne ſur laquelle eſt placé un dieu ou une déeſſe, qu'il n'eſt pas aiſé de reconnoitre. Deux vieillards très-différemment vêtus terminent le tableau. Ils parlent enſemble : l'un appuyé ſur ſon bâton porte ſur la tunique un manteau qui lui paſſe par-deſſus la tête comme un voile : l'autre porte un bonnet fait en pain de ſucre comme pluſieurs que nous avons vus ci-devant. Il eſt revêtu d'une tunique bigarée de différens ornemens, qui lui deſcend juſqu'au-deſſus du genou, & d'un manteau de même longueur rejetté par derriere : il tient une longue picque. Pl. XXXVII

VII. Un vaſe Hétruſque de notre cabinet nous préſente un objet bien extraordinaire ; Venus ſortant de la mer ſur un cygne. Je ne ſçai ſi la mythologie qui dit ſouvent que Venus qu'on appelle marine, & en Grec Aphrodite, eſt ſortie de la mer & de l'écume, a jamais dit qu'elle ſoit ſortie de la mer ſur un cygne : la voici pourtant ſur cette voiture. Le cygne étend ſes grandes aîles, quitte la mer & s'envole portant Venus qui ſe tient debout Pl. XXXVIII.

primentibus adornatæ. Supra tunicam pallium geſtat ad togam Romanam accedens. Pileus ejus pinnas habet; quæ ſuſpicionem afferant an corona ſit regia. Haſtam, ſive longum ſceptrum geſtat, in cujus cacumine avis eſt aquilæ ſimilis. Rex fortaſſe fuerit. Jovem eſſe quiſpiam forte crediturus eſt. Hic porro longe melius, licet tardius, animadvertimus, hæc vaſa majora in tabulis æneis repræſentari debuiſſe, & ea magnitudine qua vas tabulæ præcedentis. In tam exiguis enim imaginibus non poſſunt omnia accurate diſtingui, maxime autem in minutis rebus atque ornamentis, quæ poſſunt quandoque non ſpernendas notitias ſuppeditare.

VI. Vas ſequens ſchemata exhibet jam plerumque viſa, quæque nullam ultra deſiderant explicationem.

Prima vaſis ſequentis facies Bacchum, ut mihi quidem videtur, cum turma ſua exhibet. Bacchans vir agmen ducit facem geſtans. Bacchus ipſe poſtea iter carpit thyrſum tenens, & pallium geſtans in poſteria rejectum, quod nuda non operiuntur. Bacchantem ille mulierem tibia ludentem reſpicit. Poſt accedit Bachans ſenex, forteque Silenus, qui diſcum tenet ſive lancem. In altera vaſis facie longe aliud ſpectaculum cernimus. Statim tres viſuntur mulieres, quarum duæ ſedent, altera ſtat. Ex illis una umbellam geſtat, hodiernis umbellis quas *Paraſol* vocamus ſimilem. Hinc cernitur columna, cui inſiſtit deus quiſpiam, ſive dea quam non facile agnoveris. Duo ſenes diverſis prorſus induti veſtibus agmen claudunt. Hi mutuo colloquuntur. Alius baculo nixus ſupra tunicam pallium geſtat : quod ſupra caput quaſi velum extenditur. Alter pileum habet in conum deſinentem, ut complures quos ſupra vidimus. Tunica autem indutus eſt variis ornamentis diſtincta, quæ uſque ad genua fere defluit, pallio ejuſdem longitudinis in poſteria rejecto. Longam porro tenet haſtam.

VII. Vas Hetruſcum Muſei noſtri ſingulariſſimum nobis & novum ſpectaculum offert; Venerem nempe ex mari emergentem cygno vectam. Neſcio utrum mythologi qui ſæpe dixerunt Venerem illam quæ marina vocatur, & Græce ἀφροδίτη, quaſi è ſpuma egredi, uſquam dixerint eam cygno vectam emerſiſſe. En tamen illam cygno vectam per aera. Cygnus alas ingentes extendit, ex mari egreditur & avolat, Venerem

ſur lui. Un poiſſon à ſon côté marque ſans doute la mer, & deux Cupidons qui volent l'un à droit & l'autre à gauche font une eſpece de cortege. Dans le temple de Jupiter Olympien, Venus ſortant de la mer avoit auſſi un Cupidon à ſon côté, comme nous avons dit après Pauſanias au tome ſecond de l'Antiquité p. 64.

VIII. Un autre vaſe Hétruſque de notre cabinet repréſente d'un côté une grande tête de femme qui regarde attentivement un monſtre horrible qui ſe tient devant elle. Cela avoit ſans doute rapport à quelque hiſtoire fabuleuſe, qui nous eſt inconnuë. L'autre face du vaſe repréſente deux hommes qui parlent enſemble, & qui paroiſſent être en action.

Pl. XXXIX. Le premier vaſe Hétruſque de la planche ſuivante, qui eſt auſſi de notre cabinet n'a point de figure; la forme en eſt élegante, & cela nous a portés à le mettre ici. Au-deſſous eſt un autre vaſe auſſi de notre cabinet, où l'on voit un homme aſſis la pique à la main. Une femme qui lui parle tient ce ſemble un bouclier de la main gauche. Derriere celle-ci une autre paroit ſacrifier ſur un autel rond.

Pl. XL. La planche ſuivante nous montre des vaſes non Hétruſques, tous remarquables par quelque endroit. Le premier que nous donnons dans ſa grandeur, l'eſt par la petiteſſe du pied & par ſa figure. Le ſecond qui fait comme un globe parfait a été déterré en Egypte. Le troiſiéme eſt le buſte d'un jeune homme: il avoit un couvercle dont les tenons reſtent encore.

ſtantem dorſo geſtans. Adeſt & piſcis qui ſignificet deam ex mari emergere. Duo autem Cupidines volantes hinc & inde, matrem honoris cauſa comitantur. In templo quoque Jovis Olympii Venus è mari emergens, juxta ſe Cupidinem habebat, ut poſt Pauſaniam diximus in tomo Antiquitatis explanatæ ſecundo, p. 64.

VIII. Aliud vas Hetruſcum ex Muſeo item noſtro magnum muliebre caput exhibet. Mulier porro illa monſtrum horrendum reſpicit, quod ante illam ſtat. Illud vero ad aliquam haud dubie fabulam nobis ignotam attinet. Altera vaſis facies viros duos exhibet, qui una colloquuntur, & cum actione verba facere videntur.

Primum vas Hetruſcum tabulæ ſequentis eſt ipſum quoque ex Muſeo noſtro. Nullam præ ſe fert imaginem, ſed elegantis eſt formæ, qua de cauſa hic exhibere viſum eſt. Sub illo eſt aliud vas Hetruſcum ex Muſeo noſtro, ubi vir ſedens haſtam manu tenet. Mulier ipſum alloquens clypeum, ut videtur, manu tractat ſiniſtra. Pone illam mulier altera ad rotundam aram ſacrificare videtur.

Tabula ſequens vaſa exhibet, non Hetruſca, ſed obſervatu non indigna. Primum ſecundum archetypi magnitudinem datum, à pedis exiguitate, & à forma ſpectabile eſt. Secundum globi inſtar rotundum, in Ægypto erutum fuit. Tertium protomen exhibet adoleſcentis: operculum olim habuit, cujus veſtigia adhuc reſtant.



LIVRE

VASES HETRUSQUES.





un pied 4 pouces





un pied de haut, ou environ

Mgr. le Card. Gualtieri

VASES HE

1



De Nôtre Cabinet. 10 . pouces de haut .

TRUSQUES.

2




2



De Nôtre Cabinet. 8. pouces de haut.

1



7·pouces de haut


2



7·pouces ½ de haut
de notre cabinet

VASES

1



Mr. le Mar. d'Estrées

2



Mr. Benzel

3



Mr. de Bosc

LIVRE QUATRIE'ME.

L'As Romain, ses parties & ses réductions. Le Talent.

CHAPITRE PREMIER.

I. L'As avec ses parties donné par le P. du Molinet. On le donne incomparablement plus ample ici. II. Les piéces y sont données de leur grandeur. III. Lucas Pætus a dit, sans bonnes preuves, que la livre Romaine ancienne pesoit moins que celle d'aujourd'hui. IV. On prouve qu'elle pesoit beaucoup plus.

I. LE P. du Molinet Chanoine Régulier de S^te. Genevieve, qui fit imprimer l'an 1692. le cabinet de la même Abbaye, ouvrage fort recherché des gens de Lettres, y a mis pag. 43. un court traité de l'As Romain : Il donne là un grand nombre de piéces antiques qui regardent l'As & ses parties. Le tout tiré du cabinet de feu M. de Peiresc qui en avoit fait le plus grand recuëil qu'on eût encore vû. La plûpart des piéces que cet excellent homme avoit ramassées sur cette matiere vinrent au cabinet de S^te. Genevieve, & le P. du Molinet en fit dessiner les principales qu'il mit dans son Livre. J'ai imprimé tout cela dans le troisiéme tome, en y ajoûtant quelques piéces curieuses tirées de différens cabinets. Ce recuëil paroissoit si ample, qu'il y avoit lieu de croire que de long-temps on n'en verroit de plus nombreux. Mais depuis que l'Antiquité a paru M. le Maréchal d'Etrées a fait un cabinet d'antiques, statuës, bronzes, médailles, qui pour le nombre, pour la curiosité, & la richesse le peut disputer avec

---

LIBER QUARTUS.

As Romanum, ejusque partes ac reductiones. Talentum.

CAPUT PRIMUM.

I. As cum partibus suis à R. P. du Molinet datum, nunc longe auctius accuratiusque datur. II. Singuli asses eorumque partes qua in ære sunt magnitudine dantur. III. Lucas Pætus dixerat libram Romanam veterem minus ponderis habuisse quam libram hodiernam Romanam, idque re non accurate examinata. IV. Probatur libram Romanam veterem plus habuisse ponderis quam hodiernam.

I. R. P. du Molinet Canonicus Regularis cœnobii Sanctæ Genovefæ, Museum ejusdem cœnobii publici juris fecit, quod opus litteratis viris acceptissimum fuit: ibique p. 43. Diatribam de asse Romano edidit. Ibi & asses & assis partes multas edidit, quæ omnia ex museo D. de Peiresc viri per totum eruditum orbem celeberrimi prodierant: qui horum majorem copiam collegerat, quam usquam visa fuisset. Maxima vero pars hujusmodi monumentorum in Museum Sanctæ Genovefæ translata fuerat. R. Pater du Molinet quæ præcipua erant delineari curavit, & in libro suo posuit. Hæc porro omnia in tertio Antiquitatis explanatæ tomo posueram; quibusdam etiam additis aliunde eductis. Quæ quidem collectio tam ampla esse videbatur, ut spes esset multum temporis elapsurum esse antequam auctius quidpiam circa idem argumentum videretur. Verum ex quo tempore Antiquitatis illa explanata lucem vidit, illustrissimus D. Marescallus d'Estrées Museum apparavit veterum monumentorum, statuarum, aliorumque in ære monumentorum, numismatumque, quæ omnia quantum ad numerum atque conditionem,

les plus renommés cabinets de l'Europe, & qui les ſurpaſſe même en ce qui regarde les médaillons qui montent à ſix cent, les médailles des villes & des Rois qui vont à près de quatre mille, & l'as & ſes parties que nous donnons ici. Ce Seigneur n'ayant fait tous ces grands ramas que pour l'utilité publique, a bien voulu me confier cette derniere partie de ſon cabinet, & m'a fait apporter toutes les pieces qui la compoſent, pour les peſer éxactement & les conſiderer avec tout le loiſir & l'attention poſſible.

II. Les pieces que le P. du Molinet a données, ſurtout celles qui regardent l'as entier, ſont réduites en petit; il ne les a pas données de leur grandeur. Il n'eſt pas poſſible que l'as de douze onces ſoit en ſi petit volume qu'il l'a donné, ou s'il n'eſt pas plus grand ce ne peut être l'as entier. Au reſte, il n'avoit pas tous les as en original, mais ſeulement les deſſeins de la plûpart. Je crois que la réduction en petit eſt abſolument néceſſaire en certaines pieces qu'on ne peut donner de leur grandeur; & qu'elle eſt permiſe en d'autres qu'on peut réduire ſans rien faire perdre au lecteur, pourvu qu'on y mette une échelle, ou qu'on aſſigne la grandeur, quand on le peut; mais on ne le peut pas toujours, ſur tout lorſqu'on eſt obligé de travailler après d'autres qui l'ont négligé; & je crois d'ailleurs que quand il s'agit de poids & de meſures, il faut les donner dans toute leur grandeur.

Le P. du Molinet n'a point peſé ces as & ſes parties; ayant tant d'autres choſes à donner dans ſon livre, il a cru pouvoir ſe diſpenſer de ce travail qui n'eſt pas petit quand on le veut faire éxactement. Il n'a pas été même toujours en ſon pouvoir de le faire: car il a pris pluſieurs choſes, & les figures mêmes des papiers de M. de Peireſc, qui recevoit des mémoires de tous côtés, & mettoit enſemble ceux qui regardoient la même matiere. De ſorte qu'on trouve ſouvent dans ſes manuſcrits qui ont échappé du naufrage, les deſſeins des mêmes choſes répétés juſqu'à cinq ou ſix fois, avec des ſentimens differens des perſonnes qui les lui envoyoient. Il ne ceſſoit d'en faire venir de pluſieurs endroits, pour prendre plus ſûrement ſon parti. Il le pre-

cum Muſeis per Europam præſtantiſſimis comparanda ſunt; etiamque omnia Muſea ſuperant, quantum ad nummos maximæ molis qui ad ſexcentos numerantur; ad nummos etiam urbium & Regum, qui ad quatuor millia fere pertingunt, inter præſtantiſſima etiam computanda ſunt ea quæ aſſem ejuſque partes ſpectant, quæque hîc proferimus. Cum autem ille vir inſigniſſimus hæc omnia ad uſum publicum collegerit, hanc poſtremam Muſei ſui partem ad me deferendam curavit, ut omnium illorum pondus accurate exciperem, omniaque cum ea quâ par eſt diligentia conſiderarem.

II. Aſſes autem ejuſque partes minorem in formam redactas dedit Molinetus, maximeque aſſes ipſos quos longe minores edidit. Neque fieri poteſt ut as pondo duodecim unciarum tam parvæ molis fuerit, quam ipſe repræſentavit: vel ſi major vere non ſit, as certe integer non erit. Sciendum porro eſt ipſum non aſſes omnes quos protulit, partes eorum æneas penes ſe habuiſſe, ſed tantum delineatas ipſorum imagines. Licet autem exiſtimem neceſſarium prorſus eſſe res maximæ molis & amplitudinis in minorem formam redigere, ut facilius & commodius in ære incidi poſſint; & licere etiam alia quædam minuere, quando id ſine rei litterariæ ſtipendio fieri poteſt, dum tamen menſura (ſi quidem haberi poſſit) indicetur; neque ſemper illud poteſt, maxime cum poſt alios quid id neglexerunt, operam navare cogimur; puto tamen quando de ponderibus ac de menſuris agitur, illa cum magnitudine tota repræſentanda eſſe.

Pater etiam du Molinet aſſis & partium ejus pondus non expertus eſt: cum tot alia publicanda penes ſe haberet, ab hoc ſe labore eximere poſſe putavit, qui labor certe exiguus non eſt, quando id accurate agendum ſuſcipitur. Neque potuit etiam idem ipſe vir id ſemper præſtare: nam multa hujuſcemodi & figuras ipſas ex ſchedis Peireſcii excepit: hic vero ex omnibus Europæ partibus multa hujuſcemodi accipiebat monumenta, ac quæ ejuſdem erant generis ſimul ponebat; ita ut ſæpe in hujus manuſcriptis codicibus, qui à naufragio erepti ſunt, delineatas ejuſdem monumenti imagines quinquies vel ſexies repetitas reperiamus, cum diverſis ea de re eruditorum ſententiis, qui ad ipſum quæ de rebus propoſitis cenſerent tranſmittebant. Undique autem ille hæc corradebat, ut quid ſentiendum eſſet ex multorum collectis opinionibus tutius ipſe rem intelligeret, & quid ſentiendum eſſet ſtatueret. Statuebat autem nonnum-

noit quelquefois, & cela avec la derniere éxactitude; mais très-souvent il laissoit les choses imparfaites, attendant de nouveaux éclaircissemens. Le P. du Moulinet a pris donc ces as & leurs parties comme il les a trouvés; il n'a rien pesé à la balance, & de-là vient qu'il a mis assez souvent des parties des réductions de l'as en certaines classes ausquelles elles n'appartenoient pas; ce qu'il n'eut pas fait s'il les eut pesées; le poids lui eût indiqué le rang où il devoit les mettre : au lieu que s'en étant épargné la peine, il se rencontre quelquefois que les parties de l'as sont placées au hazard où elles ne devoient pas être.

J'ai donc jugé que pour plus grande sureté, & pour la satisfaction du lecteur, je devois peser chaque piece, & en assigner le poids avec la derniere éxactitude. Non content de cela, j'ai réduit autant qu'il m'a été possible les poids anciens à nos poids d'aujourd'hui, & j'ai eu soin de le marquer sur chaque piece: voici comment je m'y suis pris.

III. Lucas Pætus dans son traité *de ponderibus & mensuris Græcorum & Romanorum* avoit dit, qu'*onze onces trois drachmes & un scrupule de ce temps-ci* (il parle des poids d'Italie) *pesoient autant que l'ancienne livre Romaine, & que l'once de notre temps est plus forte d'un scrupule que l'ancienne & de quatre grains.* C'est ce qu'il répete encore ailleurs. M. Fabretti qui travailloit l'an 1698. que j'arrivai à Rome, à son Livre des Inscriptions, & qui publia le même livre l'année suivante, pour s'éclaircir sur ce que cet auteur avoit avancé avec tant d'assurance, mit à la balance les anciens poids qu'il trouva. Le poids d'une drachme qu'il avoit se trouva peser sept grains plus que la drachme Romaine d'aujourdhui. Ce poids qui étoit de jaspe étoit marqué au-dessus de trois points; c'est-à-dire, trois scrupules ou trois deniers qui composent la drachme. Un autre poids de demi-once pesoit teize grains plus que la demi-once Romaine d'aujourd'hui. Un autre poids de deux onces pesoit soixante-six grains plus que deux onces Romaines. Un poids d'une livre, comme le prouve le nombre I. qui est gravé dessus pesoit treize onces trente-six grains; c'est-à-dire, une once trente-six grains plus que la livre Romaine d'aujourd'hui. Un autre poids de deux livres du collége Romain, pesoit une once & trois drachmes

---

quam, idque accuratissime; verum sæpe rem imperfectam relinquebat, quod nova expectaret ad tutiorem amplectendam sententiam. R. ergo P. Molinetus hæc ponderum specimina, asses & assium partes ut reperit edidit; nihil ad bilancem examinavit. Hincque etiam evenit, ut assium partes tum reductas, tum alias in iis classibus posuerit ad quas minime pertinebant; si vero in statera examinasset, in suo haud dubie loco positurus erat : cum autem id non præstiterit, hinc evenit ut assis partes in propriis locis non compareant.

Ad majorem ergo cautionem, & ad lectorum commodum, omnes omnino asses assiumque partes in statera posui, & cujusque pondus quam accuratissime potui assignavi. Nec id fecisse satis habui; verum pondera veterum Romanorum, quantum licuit, cum nostris comparavi, ad singulos asses singulasque ipsius partes illud indicavi. Hoc autem ritu rem peregi.

III. Lucas Pætus in opere suo de ponderibus & mensuris Græcorum & Romanum, dixerat lib. 1. p. 22. *Quo fit ut uncia Romana temporis instantis undecim, drachmæ tres, scrupulum unum, antiquam libram de qua supra memini, peræquent; uncia vero nostri temporis major sit uncia antiqua scrupulo uno & granis quatuor.* Illud autem etiam alibi repetit. Raphael autem Fabrettus, qui anno 1698. quo Romam adventavi, inscriptionum suarum librum apparabat, quem anno insequente publicavit, ut ea quæ ille cum tanta fiducia asseveraverat exploraret, bilance usus pondera omnia veterum quæ ad manum venerunt examinavit. Drachmæ autem pondus antiquum quod penes se habebat, & drachmæ notam conspicuam præ se ferebat collatum cum hodierna Romana drachma comperit septem granis excedere. Drachma illa ex lapide jaspide tribus punctis superne signata erat, id est tribus scrupulis, sive tribus denariis, qui drachmam constituunt. Secundum pondus unciæ dimidiæ, tredecim granis hodiernam semunciam Romanam superabat. Aliud duarum unciarum 66. grana plus habebat. Libra vetus Romana, ut ex nota I. arguebatur, appendebat uncias tredecim hodiernas Romanas & grana 36. nempe una uncia & triginta sex granis libram Romanam hodiernam superabat. Aliud duarum librarum pondus ex Collegio Romano, uncia una & tribus drach-

plus : un de cinq livres, deux onces & demi plus. Un de dix livres, cinq onces & quatorze ſcrupules au-delà de dix livres Romaines de ce temps-ci.

IV. Selon ces épreuves de M. Fabretti, homme exact, & auquel on peut bien ſe fier ; la livre ancienne Romaine peſoit conſidérablement davantage que la livre Romaine d'aujourd'hui. On doit dire la même choſe de l'as qui peſoit une livre. Mais dans ce ſurplus prouvé par tant d'experiences, on trouve une grande inégalité ; ſoit que la différence ſe trouvât originairement dans ces poids, où l'on ne regardoit pas de ſi près, comme on la trouve encore aujourd'hui entre les médailles de mêmes-temps & de même valeur, lors même qu'on peſe enſemble les mieux conſervées, & celles qui ſont, comme on dit à fleur de coin ; ſoit que ces poids ſoient de différens temps, & qu'on les ait augmentés ou diminués ; ſoit enfin que ces poids ayent perdu différemment par les frottemens ou par d'autres accidens ; cette derniere raiſon a ſouvent lieu, ſans exclure les deux autres.

---

mis excedebat. Aliud quinque librarum, duabus unciis atque dimidia ; aliud quinque librarum, quinque unciis & quatuordecim ſcrupulis pondus Romanum hodiernum ſuperabat.

IV. His peractis experimentis, ut ait Raphael Fabrettus, vir peritiſſimus & accuratus, cui fidem habere ſine periculo poſſumus, libra vetus Romana hodiernam libram Romanam pondere longe ſuperabat. Idipſum dicatur de aſſe, qui ejuſdem eſt ponderis ac libra. Verum in illis quibus excedit vetus, magna diſparitas obſervatur ; ſive hæc differentia ab initio inter hæc pondere obſervaretur, nam veteres non tanta accuratione nec tanto ſcrupulo hæc tractaſſe videntur ; & vere inter nummos ejuſdem temporis, ejuſdemque pretii, etiamſi ita conſervati, ita integri ſint, ut videantur ex manu artificis modo exiviſſe, inæqualitas ponderis non parva agnoſcitur ; ſive quod pondera ſit diverſi temporis, etſi antiqua, ſed quæ auctoritate publica vel aucta, vel imminuta fuerint ; ſive tandem quod hæc pondera alia plus, alia minus materiæ ex uſu amiſerint. Hæc autem poſtrema cauſa ſæpe locum habet, etſi aliæ duæ non ſint excludendæ.



CHAPITRE SECOND.

I. Divisions & soudivisions de la livre & de l'as. II. comparaison des anciens poids Romains avec ceux d'aujourd'hui. III. Comparaison de l'once Romaine d'aujourd'hui avec la nôtre. IV. Et de notre once avec l'ancienne Romaine.

I. LA livre étoit divisée en douze onces, l'once en huit drachmes que nous appellons gros, la drachme en trois scrupules ou deniers, le denier en 24. grains; c'est-à-dire que l'once faisoit 576. grains; il y a beaucoup de varietés tant dans ces soudivisions, que dans les termes dont on se servoit pour les exprimer; cela a causé bien des disputes entre les gens de lettres: on peut voir ce que disent là-dessus Savot & Jean Frederic Gronovius. Cette diversité de sentimens ne regardant que les noms & les soudivisions, ne touche point au fond de la chose.

II. Pour revenir donc à M. Fabretti; son poids d'une drachme, dit-il, pese sept grains plus que la drachme Romaine d'aujourd'hui: ainsi l'once ancienne Romaine qui avoit huit drachmes, auroit pesé, selon ce poids, cinquante-six grains plus que celle d'aujourd'hui. L'autre poids de demi once pesoit treize grains plus que la demi once d'aprésent: l'once pesoit donc selon ce poids-ci vingt-six grains plus que celle d'aujourd'hui; il avoit, ajoûte-t'il, un autre poids de demi once, qui pesoit huit grains plus que la demi once, & seize plus que l'once Romaine présente: un autre de deux onces excedoit de soixante-six grains, chaque once excedoit donc de 33. grains. Le poids d'une livre qu'il a pesée excedoit d'une once & 36. grains; c'est-à-dire de 612. grains qui distribués sur les douze onces, font 51. grains plus que l'once Romaine d'aujourd'hui. Un poids de deux livres pesoit une once trois drachmes plus; c'est-à-dire 792. grains, ce qui fait 396. plus sur chaque livre, qui distribués sur douze onces font 33. grains plus par once. Un de cinq livres pesoit deux onces & demi plus, c'est 1440. grains plus, qui distribués sur cinq livres font 288. grains par livre, & 288. dis-

CAPUT SECUNDUM.

I. Divisiones & subdivisiones libræ atque assis. II. Comparatio veterum ponderum Romanorum cum hodiernis. III. Comparatio unciæ Romanæ hodiernæ cum nostra. IV. Unciaque nostra cum veteri Romana.

I. LIbra in duodecim uncias dividebatur; uncia in octo drachmas, quas nos *grossos* vocamus. Drachma in tres scrupulos, sive denarios; denarius in grana vigenti quatuor: uncia ergo 576. grana pendebat. Multæ porro sunt varietates, tam in subdivisionibus, quam in ipsis vocibus queis subdivisiones exprimebantur. Quibus de rebus inter eruditos diu disceptatum est. Videnda quæ de his dixerunt Savotus, & Joannes Fredericus Gronovius. Hæc porro opinionum diversitas cum nomina tantum & subdivisiones respiciat, ad rem ipsam nihil facit.

II. Ut ad Fabrettum ergo redeamus, drachmam suam dicit ille hodiernam drachmam Romanam septem granis excedere, sicque uncia vetus Romana quæ octo drachmas habebat, ut hodieque, quinquaginta sex granis hodiernam unciam Romanam excessisset. Aliud semunciæ pondus tredecim granis hodiernam semunciam superabat; uncia ergo, si hoc pondus spectaveris, viginti sex granis hodiernam Romanam unciam superaverit. Aliud etiam ille penes se semunciæ pondus habebat, quod ad hodiernam semunciam collatum, octo granis excedebat; secundum illud ergo uncia vetus sexdecim grana plus habuisset. Aliud duarum unciarum sexaginta sex grana plus habebat; ergo uncia quælibet triginta tribus granis excedebat. Libræ veteris pondus quodpiam una uncia & 36. granis superabat, id est 612. granis, quæ supra duodecim uncias distributa, 51. grana ad quamlibet unciam adjiciunt, isque Romanam hodiernam unciam superant. Pondus librarum duarum uncia una & tribus drachmis excedebat, id est 792. granis, & pro libra qualibet 396. granis, quæ in duodecim uncias divisa, grana tringinta tria excedentia efficiunt ad singulas uncias. Pondus quinque librarum duabus unciis atque dimidia excedebat, quæ 1440. grana efficiunt, quæ si in quinque libras distribuas, ad singulas libras 288. grana erunt, & 288. grana ad duode-

tribués sur douze onces font 24. grains de plus par once. Un poids de dix livres éxcedoit de cinq onces & quatorze scrupules; cela fait en tout 2640. grains de plus, qui distribués font 264. par livre, & 264. distribués sur douze onces font 22. grains, plus par once. Voilà bien de la diversité dans ces excedans, qui peut venir des trois causes que nous avons rapportées ci-devant; mais particulierement de la premiere & de la troisiéme; c'est-à-dire, du peu d'éxactitude que les Romains apportoient à l'égalité de leurs poids, prouvée par l'inégalité de poids qui se trouve dans les médailles ou monnoyes les mieux conservées & qui paroissent sortir du coin: or ces médailles étoient certainement d'égale valeur. L'autre cause est que plusieurs de ces poids ont perdu quelque chose plus ou moins selon l'usage & les accidens qui ont pu arriver. Pour ce qui est de l'autre raison de l'augmentation & de la diminution elle peut avoir eu lieu: mais non pas selon les apparences dans les poids que M. Fabretti a pesés: les différences sont trop peu considérables surtout dans un tems où l'on n'y regardoit pas de si près.

III. Voilà les proportions de l'ancien as & de l'ancienne livre Romaine avec celle d'aujourd'hui, autant qu'on peut le découvrir dans un temps si reculé. Reste à sçavoir les proportions de notre livre avec l'ancienne livre Romaine. Pour m'en éclaircir, je crus qu'il falloit premierement comparer notre once à l'once Romaine d'aujourdhui, & j'en écrivis en 1718. à D. Charles Conrade Procureur de notre Congregation en Cour de Rome. Je le priai de s'informer éxactement du poids de notre once par rapport à l'once Romaine d'aujourd'hui. Je lui marquai aussi de peser nos écus de 1716. qui pesoient une once juste, avec l'once Romaine, & de prendre les plus neufs & les plus entiers. Voici la réponse qu'il me fit, dattée du 4. Octobre 1718. *Pour ce qui regarde la différence qu'il y a entre l'once de Paris & celle de Rome, j'aurai l'honneur de vous dire, que j'ai consulté sur cela les riches marchands de Rome de toutes les especes, comme de galons d'or & d'argent, de soye, d'épiceries, de bijoux, d'orfévries. Il m'ont tous dit que l'once de Paris étoit plus forte que celle de Rome de deux deniers. Outre cela j'ai fait l'épreuve que vous m'avez suggerée: j'ai fait peser en plusieurs boutiques un écu de France de l'année 1716. avec l'once Romaine: il s'est trouvé plus pesant que ladite once d'environ 42. grains;*

---

cim uncias distributa, ad uncias singulas viginti duo grana efficient. In excessu ergo magnam diversitatem experimur, quæ ex tribus antea præmissis causis evenire potuit; sed præcipue ex prima & ultima; nempe ex negligentia Romanorum circa æqualitatem ponderum suorum, quæ probatur ex inæqualitate ponderis in nummis & monetis etiam eximiæ conservationis: qui nummi ejusdem certissime precii erant. Altera causa est quod hæc pondera plus vel minus detrimenti passa sint, vel ex usu frequentiori, vel ex aliis casibus qui facile evenire potuerunt. Quod autem spectat aliam causam; quæ vel ex auctis, vel ex imminutis ponderibus petitur, potuit ea quidem locum habere, sed non, utquidem videtur, in ponderibus à Fabretto in statera probatis: nam licet differant, non tamen quantum satis sit ut credatur id ex aucto vel imminuto pondere provenire; in iis maxime temporibus, ubi hæc non tanto scrupulo tractabantur.

III. En proportio & comparatio veteris libræ veterisque assis Romani, cum libra hodierna Romana, quam quidem, quantum id potest post tantum elapsum tempus, exploravi. Jam restat ut exquiramus quæ proportio sit inter libram nostram, & veterem Romanam. Ut rem exacte perciperem, putavi primum unciam nostram comparandam oportere cum uncia Romana hodierna. Anno itaque 1718. D. Carolo Conrado Procuratori Generali Congregationis nostræ Romanæ scripsi, rogans unciam Romanam hodiernam cum nostra summa accuratione comparare ne gravaretur: compararet etiam scutum argenteum nostrum illud anni 1716. quod unam pendebat unciam, cum Romana uncia hodierna. Ille vero anno 1718. Octobris 4. ἀμοιβαίας misit, quarum hæc sunt verba. *Quod spectat differentiam inter unciam Parisinam hodiernam, & unciam Romanam, qua nunc utuntur Romani; ut tibi facerem satis, Mercatores Romanos adii, eos qui inter opulentiores numerantur, nempe eos apud quos aurea argenteave fasciæ prostant, argentariosque alios, qui omnes uno ore dixerunt Parisinam unciam Romanam hodiernam excedere denariis duobus. Ad hæc quod mihi indicasti experimentum feci. In multis quippe tabernis scutum Gallicanum anni 1716. cum uncia Romana comparari jussi, & experientia ducta, compertum est scutum illud granis quadraginta duobus unciam Romanam*

par où il conste qu'il s'en faut six grains qu'il ne pese deux deniers plus que l'once Romaine. V. R. sçait que le dernier pesant 24. grains, les deux derniers en doivent peser 48. Il pouvoit aussi se faire que cet écu avoit quelque chose de moins, cela arrive tous les jours ; mais surtout quand les écus ont été porté si loin, & qu'ils se sont frottés les uns contre les autres : celui-ci avoit éte transporté en Italie avec d'autres, & avoit sans doute perdu quelque chose. Qu'est-ce que six grains sur une si grosse piece qui en devoit avoir 576. pour arriver à l'once ? Je crois qu'il vaut mieux s'en tenir à ce que tous les marchands disent, ce sont eux qui ont le plus d'interêt à peser juste, & à bien comparer les differens poids. L'once & la livre Romaine peseront donc un douziéme moins que notre once & notre livre. Nous parlons ici de la livre de douze onces, qui est en usage parmi nos médecins ; car sur 24. deniers qu'a l'once, il en faut ôter deux de la Romaine par rapport à la nôtre. La même proportion se trouve dans le pied Romain, qui n'a qu'onze pouces de notre pied de Roi.

IV. Selon ce que nous venons de dire notre once est fort approchante de l'ancienne once Romaine, & s'il y avoit quelque différence, ce n'étoit que de quelque petit nombre de grains. Il n'est pas possible d'aller plus loin dans cette recherche. Nous allons donc donner l'as & toutes ses parties, avec les réductions, & les soudivisions des as réduits, selon les pieces qui se trouvent dans le cabinet de M. le Maréchal d'Etrées. On n'y trouvera pas cette piece quarrée oblongue qui représente un bœuf en bas relief, & qui pesoit quatre as : mais nous en avons donné deux à la pl. LXXXVIII. du troisiéme tome de l'Antiquité expliquée ; l'une de M. Foucault de sa propre grandeur ; & l'autre de S^te. Genevieve, qui paroit avoir été réduite par le P. du Molinet. Cette piece de quatre as s'appelloit *quadrussis*, ou *quatrussis*. Il faut corriger ce que nous avons dit là même après le P. du Molinet, que les pieces de deux as s'appelloient *decussis*, & celles de trois as *trecussis* ; car *decussis* est un mot de la signification duquel on ne convient pas trop, & il voudroit plutôt dire une piece de dix as qu'une de deux, & *trecussis* vou-

---

superare. Hinc constat non duos perfecte denarios habere plus quam unicam Romanam hodiernam, sed sex grana minus quam ut ad duos denarios pertingat. Scis enim cum denarius grana viginti quatuor pendat, duos denarios quadraginta & octo denarios habere. Accidere porro potuit, ut illud quo ipse usus est scutum aliquid minus haberet, id quod passim experimur, cum maxime scuta in tam remota loca translata fuere, simulque posita cum aliis ex contactu plus minusve detrita sunt ; ut istud de quo agimus in Italiam translatum fuerat, & ex pondere aliquid amiserat. Quid sunt enim grana sex in hujusce molis nummo, qui 576. grana habuisse debebat ? Puto consultius esse mercatorum dictis habere fidem ; illorum namque maxime interest pondera summa accuratione callere, in iisque maximam adhibere diligentiam. Uncia itaque & libra Romana duodecima parte sua minor erit unica atque libra nostra ; de libra enim duodecim unciarum agitur, qualis etiam apud Medicos nostros usurpatur : ex viginti quatuor quippe denariis quos habet uncia duo tollendi sunt, ut Romanæ unciæ exæquetur. Notesque velim eamdem hodie proportionem reperiri inter pedem Romanum & nostrum, scilicet Parisinum, quem vocamus regium, qui duodecima sui parte Romanum superat.

IV. His positis comperitur unciam nostram ad unciam veterem Romanam multum accedere, & si aliquid intersit discriminis, ad paucissimum granorum numerum illud reduci. Nec possumus hanc rem majore jam accuratione, majoreque scrupulo tractare. Nunc igitur assem cum omnibus partibus suis proferemus, additis reductionibus assis, necnon etiam partium ejus reductarum, idque ex assium monumentis & partibus quæ in Museo D. Marescalli d'Estrées observantur. Hic porro non reperies pondus illud oblongum & quadratum, quod bovem repræsentat in anaglypho, & quatuor pendit asses ; jam enim duo similia dedimus Antiquitatis explanatæ tomo tertio tab. LXXXVIII. Alterum D. Foucault eadem magnitudine quà in archetypo, alterum vero sanctæ Genovefæ, quod minorem in formam reductum fuisse videtur à R. P. du Molinet. Hoc quatuor assium pondus vocabatur quadrussis, sive quatrussis. Hîc vero jam emendandum illud est quod post. P. du Molinet diximus eodem in loco, nimirum duorum assium pondera sic vocata fuisse *decussis*, & trium assium *trecussis*. Nam decussis vox est de cujus significatione non convenit inter scriptores, potius significaret pondus decem assium quam duorum, & trecussis pondus triginta assium potius quam trium. Ezechiel

droit plûtôt dire trente As que trois. M. Spanheim p. 22. a donné un *quinqueſſis* du cabinet de Mylord Pembrock ; c'eſt-à-dire, une piéce quarrée oblongue du poids de cinq As : mais comme il ne l'a pas peſée, & ne marque rien de ce qu'elle a perdu dans une ſi longue ſuite de ſiécles, je me diſpenſerai de la mettre ici, d'autant plus qu'elle a la même forme que les deux *quadruſſis* donnés au troiſiéme tome de l'Antiquité pl. LXXXVIII. Elle repréſente un bœuf ou un taureau de chaque côté, d'où eſt venu le nom de *pecunia*. Elle ne différe donc du *quadruſſis* que par le poids que nous ne ſçavons pas.

Spanhemius p. 22. edit. Lond. quinqueſſim dedit ex Muſeo D. Ducis Pembrock; nempe pondus quadratum oblongum quique aſſes pendens; ſed quia ille non expertus eſt quantum ponderis ineſſet, neque indicat quantum ponderis amiſerit in tanta ſæculorum ſerie, hîc non apponendum judicavi, quando maxime ejuſdem eſt formæ atque duo quadruſſes illi quos dedi Antiquitatis explanatæ tomo tertio tab. LXXXVIII. bovem autem ſive taurum repræſentat in utraque facie, inde pecuniæ nomen ſumpſit. A quadruſſi ergo pondere tantum differt, pondus autem ejus hodiernum ignoramus.



CHAPITRE

CHAPITRE TROISIÉME.

I. L'As donné ici dans sa grandeur. II. Premier as qui, à ce qu'on croit, à la tête de Servius Tullius. III. Autres as. IV. Les parties de l'as & leurs noms.

I. J'Ai donné au troisiéme tome de l'Antiquité, après le P. du Molinet, sept as tous réduits en plus petit volume, de sorte qu'à peine ont-ils la grandeur d'un *triens* qui fait le tiers de l'as, & peut-être s'en est-il glissé quelques-uns qui ne faisoient qu'une partie de l'as. M. le Maréchal d'Estrées en a cinq, mais les soudivisions incomparablement plus nombreuses. Tous ces as, & de même leurs parties, ont perdu de leur ancien poids, les uns plus, les autres moins. Ils sont bien plus sujets à s'user & à diminuer de leur volume que les autres poids qui sont tous unis. Les as ont des têtes & d'autres figures de grand relief qui s'usent plus facilement; non seulement les as, mais aussi ses parties, sont des poids ordinairement de bronze qui ont des figures, des têtes d'hommes, des animaux & d'autres choses, & tout cela d'un grand relief. D'autres poids sont de pierre noire, tout unis & moins sujets à perdre par les frottemens.

Tous ces as sont à deux pieces soudées l'une contre l'autre. Comme chaque face a de grands reliefs, il auroit été difficile de les fraper ensemble: on frapoit donc chaque face à part, & on les soudoit ensuite ensemble. Il y en a même un où ces deux faces n'ont pas été unies bien juste, ensorte que l'une deborde d'un côté, & l'autre de l'autre. Il y a d'habiles gens qui ne sont pas de mon sentiment, & qui croyent que les deux faces sont frappées ensemble; mais je suis fort trompé si ce n'est comme je le dis; on n'en peut juger que sur les pieces mêmes.

II. Le premier as a de chaque côté une tête du même [1] homme. Le diadême qu'il porte fait juger que c'est un Roi, apparemment Servius Tullius, qui selon Pline 33. 3. est le premier qui a frappé de la monnoie. Je ne Pl. XLI. 1.

CAPUT TERTIUM.

I. As cum magnitudine sua tota hic datur. II. As primus, qui, ut putatur, caput Servii Tulli repræsentat. III. Asses alii. IV. Assis partes earumque nomina.

I. IN tertio Antiquitatis explanatæ tomo septem asses post P. du Molinet dedi, sed omnes minorem in formam redactos; ita ut vix ad trientis magnitudinem pertingant, qui triens tertiam assis partem explet: quin etiam timeo inter illos adesse, qui, licet inter asses positi fuerint, partem tantum assis referebant. D. Marescallus d'Estrées quinque asses tantum habet, sed divisiones & partes assis longe majori numero. Hi omnes asses & assium partes ex veteri pondere amiserunt, alii plus, alii minus. A forma autem sua plus dispendii patiuntur, quam cætera pondera quæ non solida modo sunt, sed etiam plana superficie. Asses enim capita præ se ferunt, aliasque figuras quæ ex fundo assis erumpunt, & facile deteruntur. Non asses modo, sed etiam assis partes ex ære sunt percussæ, cum figuris diversis, hominum nempe capitibus, animalibus, aliisque rebus ex fundo, seu ex campo erumpentibus. Alia pondera sunt ex nigra petra, plana superficie; ideoque minus est periculum ne contactu aliorum deterantur.

Asses omnes, ut mihi quidem videtur, qui duas præferunt facies aversas, initio separatas illas habuere; sed postea statim simul junctæ & agglutinatæ, seu ferruminatæ sunt. Cum enim in utraque facie capita aliæque figuræ multum promineant, difficile potuissent simul juncta percuti: quapropter existimo facies illas duas separatim percussas, postea simul conjunctas à postica parte fuisse. Non desunt etiam quæ non ita accurate conjunctæ fuere, sed altera facies ex uno latere excedit, altera ex alio. Scio viros doctos in hisque rebus peritos aliud existimare, sed admodum hallucinor si res non ita sit. Verum hæc, non nisi conspectis ipsis assibus, intelligi æstimarique possunt.


II. As primus [1] in utraque facie caput viri exprimit. Diadema illud quod gestat, regem esse indicare videtur, estque, ut creditur, Servus Tullius, qui teste Plinio 33. 3. primus monetam percussit. Neque

deux, ſe doit entendre, *deeſt uncia*, il y manque une once pour faire un as; c'eſt-là ſa vraie étymologie. Le *dextans*, dix parties de l'as, ou dix onces; le *dodrans*, neuf parties de l'as : on dit que ce mot vient, *a demto quadrante*, parce qu'il ôte le quart de l'as. *Bes* eſt les deux tiers de l'as, huit onces; *bes* vient de *dues*, comme *bis* vient de *duis*. *Septunx*, ſept onces : le *ſemis* ou *ſemiſſis*, la moitié de l'as, ſix onces : le *quincunx*, cinq onces : le *triens* eſt le tiers de l'as, quatre onces marquées par quatre points : le *quadrans* eſt le quart de l'as marqué par trois points qui veulent dire trois onces. Le *ſextans* eſt la ſixiéme partie marquée par deux points. *Uncia* & *ſtips uncialis* eſt une once. De toutes ces ſoudiviſions & parties de l'as, on n'a point encore trouvé le *deunx*, ni le *dextans*, ni le *dodrans*, ni le *bes*, ni le *ſeptunx*. Il y a pourtant quelque doute ſur ces deux dernieres parties, qui n'avoient pas encore été rémarquées; mais que je crois qui ſe trouvent dans les parties de l'as de M. le Maréchal d'Eſtrées, comme nous verrons plus bas. La plus groſſe partie qu'on ait trouvée juſqu'à préſent, c'eſt le *ſemiſſis*, ou le demi as : on trouve les ſuivantes, juſqu'à l'once, hors le *quincunx*, que je n'avois point encore vu, mais que nous trouvons ici dans l'as réduit.

---

unciæ; nomen porro *deunx* hinc factum, quod deſit uncia. Hoc eſt verum nominis hujus etymon. *Dextans* decem ſunt aſſis partes, ſive decem unciæ; *dodrans* novem partes aſſis, id eſt novem unciæ : dicunt nomen eſſe factum à *demto quadrante*, quia demit quartam aſſis partem. *Bes* duæ tertiæ partes ſunt aſſis, ſive octo unciæ. *Bes* ex *dues* ortum, ut *bis* ex *duis*. *Septunx*, ſeptem unciæ. *Semis* ſive *ſemiſſis*, dimidia pars aſſis, ſex unciæ. *Quincunx*, quinque unciæ. *Triens*, tertia pars aſſis, quatuor unciæ. *Quadrans*, quarta pars aſſis, tribus punctis notata, quæ ſignificant tres uncias. *Sextans*, ſexta eſt pars aſſis; duobus punctis notata quæ ſignificant duas uncias. *Uncia* & *ſtips uncialis* eſt duodecima pars. Ex illis aſſis partibus; deunx, dextans, dodrans, bes, & ſeptunx nondum obſervati fuerunt. De duobus tamen ultimis, qui nondum viſi, ut puto fuerant, aliquid dubii naſcitur; nam eos exiſtimo inter aſſis partes Eſtræanas haberi, ut infra videbitur. Major quæ hactenus obſervata fuit pars, eſt ſemiſſis, ſive dimidia aſſis pars : ſequentes autem uſque ad unciam paſſim reperimus, præter quincuncem, quem nondum videram, ſed quem hic in fine libri proferemus.





CHAPITRE QUATRIE'ME.

I. Le Semis *ou la moitié de l'as & sa marque. II. Poids qu'on soupçonne avoir été le* septunx *ou le* bes. *III. Autres figures du* semis.

2. I. LE semis que nous mettons ici le premier [2] a d'un côté la tête de Jupiter, ou comme d'autres croyent, de Janus, & de l'autre côté un navire. Il a plus perdu de son poids qu'aucun des autres, car outre ce qui est gâté du côté de la côte & des bords, presque tout le relief de la barque, qui est gros dans ces piéces, est sauté, & ce côté est rendu si mince par l'usage & les frottemens, qu'à peine a-t-il sur les bords la moitié de l'épaisseur des autres; avec cela il est tout piqué de certaines vermoulures qu'on trouve dans plusieurs piéces de cuivre, de même que dans le bois, & qui les pénétrent bien avant.

Tout cela consideré, je crois qu'il a perdu près de la moitié de son poids. Il ne pese à présent que trois onces dix grains. Outre *S* qui marque le *semissis* ou la moitié de l'as qui fait six onces; il a du côté de la tête un gros point en relief bien formé, tel qu'on le faisoit pour les autres poids. Cela me fait soupçonner que c'étoit un *septunx*, ou un poids de sept onces. Le *S* fait six, & ce point une once par-dessus. Ce qui augmente le soupçon, c'est qu'un autre *semis* que nous donnons plus bas & qui a les mêmes types, est un peu moins grand que celui-ci, & que le poids qui vient après celui qui a aussi la marque *S*, a tout l'air d'avoir servi pour un poids plus grand.

3. II. Cet autre poids [3] a d'un côté la tête de Rome, & de l'autre une tête de femme qui pourroit être de Venus: le ∽ couché qui marque le *semis* est de chaque côté. Les deux têtes ont beaucoup de relief; mais tout l'espace qui est entre les têtes & les bords, est si usé & si attenué, qu'il faut necéssairement que ce poids ait perdu considérablement. Cependant il pese cinq onces trois gros & demi & cinq grains; il n'auroit donc perdu qu'une bonne demi once;

CAPUT QUARTUM.

I. Semis, sive media pars assis, & ejus nota. II. Pondus quod septuncem esse aut bessem suspicamur. III. Alia semissis schemata.

I. SEmis quem [2] primum afferimus, in altera facie Jovis, vel ut alii putant, Jani caput habet; in altera vero navem. Ex pristino pondere plus amisit quam ullus alius: nam præter quæ in antica facie, necnon ex oris circum labefactata sunt, fere navis tota quæ spississima erat, abiit, tamque imminuta facies est ex usu & contactu, ut oræ vix dimidiam densitatis partem habeant, quæ in aliis observatur. Ad hæc quasi à vermibus corrosus, foramina hinc inde habet, queis tantumdem ex ære tollitur: idque in aliis quoque monumentis æneis observavi.

His omnibus perpensis, puto ipsum plus quam dimidiam ponderis partem amisisse: tres vero tantum uncias habet & grana decem. Præter notam S. quæ semissem, sive dimidium assis significat, id est sex uncias, versus caput punctum crassum, in aliis quoque ponderibus, observatur. Hinc suspicio nascitur fuisse septuncem, vel pondus septem unciarum. S. sex significat uncias, & punctum illud unciam superadditam semissi. Id vero quod suspicionem auget hoc est: alius semis quem infra damus, iisdem omnino typis notatus, ad hujus magnitudinem non accedit, itemque pondus sequens, ubi etiam notam S. deprehendimus, omnino videtur majoris quam semis ponderis fuisse.

II. Illud ipsum [3] pondus sequens in altera facie caput Romæ habet, in altera vero caput mulieris, quæ Venus esse posset: ∽ littera sic inversa posita, quæ semissem significat, in utraque facie observatur. Duo illa capita ex campo nummi emergunt, densaque sunt; sed omne spatium inter capita & oras positum, ita detritum, ita attenuatum est, ut necesse sit multa ex hoc pondere detrita, ablataque fuisse: & tamen quinque uncias, tres drachmas atque dimidiam, & quinque grana pendit; ergo semunciam tantum per-

L'AS ET LE SEMIS.

5





LE SEMIS OU LA MOITIÉ DE L'AS PRIMITIF.

1





2





3




4



5









41

M. le Mar. d'Estrées

c'eſt-à-dire un douziéme de ſon poids : & les poids les mieux conſervés perdent cela, & même davantage. Je ne ſçaurois me perſuader que ce poids ſi gâté, ſi diminué dans ſon champ & dans ſes bords, n'ait perdu qu'une demi once : ce n'eſt pas trop de dire qu'il a perdu une once & demi. Tous ceux à qui je l'ai montré ſont de mon ſentiment. Il y a donc apparence que c'étoit un *ſeptunx*, ou un poids de ſept onces : il eſt d'ailleurs conſidérablement plus grand que les autres *ſemis.* Il y avoit apparemment quelque gros point pour marquer une once de plus, qui aura ſauté par l'injure du temps. Peut-être trouvera-t-on dans la ſuite d'autres *ſeptunx* marqués plus clairement : & qui ſçait ſi on ne déterrera pas auſſi le *bes*, ou le poids de huit onces ? Je ne ſuis pas même éloigné de croire que celui-ci pourroit avoir été un *bes*, ou un poids de huit onces, & en ce cas-là il auroit eu outre la marque du *ſemis* deux gros points.

III. Un autre *ſemis* [4] a comme le premier la tête de Jupiter ou de Janus d'un côté, & un navire de l'autre. Outre ce qu'il a perdu par l'uſage, il a encore un trou & une caſſure. Il peſe quatre onces deux gros & demi. 4.

Un quatriéme [5] *ſemis* repréſente à chaque côté la tête de Rome. Il a beaucoup perdu par les frottemens, il eſt comme piqué de vers ou vermoulu, ce qui lui a ôté beaucoup de ſon poids ; il peſe quatre onces demi gros dix grains. 5.

Le cinquiéme [6] qui repréſente auſſi des deux côtés la tête de Rome avec une maſſe derriere, n'a point de marque bien diſtincte du *ſemis*, il y a pourtant ſous l'une des têtes quelque choſe qui en approche, mais on n'oſeroit l'aſſurer. Il peſe quatre once quatre gros & demi & ſix grains. 6.

---

diderit, ſive duodecimam ponderis ſui partem : atqui pondera quæ integra ferme videntur, hanc ſaltem ponderis partem amittere ſolent, fortaſſeque majorem. Nec credere unquam poſſim pondus hujuſcemodi uſque adeo labefactatum fundo & in oris ſuis, ſemunciam tantum ex pondere amiſiſſe. Neque enim nimium erit, ſi dicamus amiſiſſe ſaltem unciam unam atque dimidiam. Ii quos conſuli idipſum putant omnes. Veriſimile igitur eſt fuiſſe ſeptuncem, ſive ſeptem unciarum pondus : nam alioquin longe major eſt quam alii ſemiſſes, aderatque, ut videtur, punctum quod unciam ſupra ſemiſſem indicaret, quod punctum cum reliquo ære injuria temporum abſceſſerit. Fortaſſeque poſtea alii ſeptunces eruentur clarius notati ; & quis ſcit an etiam bes, ſive octo unciarum pondus emerſurum aliquando ſit? Neque vero difficile adducar ut credam, hoc pondus beſſem aliquando fuiſſe, quo caſu cum nota S. duo etiam puncta habuiſſet.

III. Semis [4] alius in altera facie caput Jovis vel Jani habet, in altera autem navim. Præterquam quod ex uſu non parum amiſit, foramen etiam habet, & ex ære quidpiam avulſum eſt. Pendit autem quatuor uncias, drachmas duas cum dimidia.

Quartus ſemis [5] in utraque facie caput Romæ repræſentat : multum amiſit ex pondere, & quaſi à vermibus corroſus videtur, unde multum hic ex priſtina mole deſideratur. Pondus hodiernum eſt quatuor unciarum, dimidiæ drachmæ & decem granorum.

Quintus, qui etiam [6] in utraque facie caput Romæ exhibet, cum clava pone caput, nullam habet ſemiſſis diſtinctam notam ; ſub altero tamen capite aliquid ad illam accedens notam obſervatur, ſed res non eſt omnino certa. Habet hodie quatuor uncias, quatuor drachmas cum dimidia & ſex grana.



CHAPITRE CINQUIÉME.

I. Le triens ou le tiers de l'as, sa marque & sa forme. II. Autre figure incertaine. III. Le quadrans. IV. Le Sextans. V. L'once.

I. LE triens ainsi appellé parce qu'il fait le tiers de la livre, a quatre
Pl. gros points, qui marquent quatre onces, le tiers de douze. Il y en a
XLIII. sept dans le cabinet de M. le Maréchal d'Estrées, dont quatre ont les mêmes
types; la tête de Rome d'un côté & le navire de l'autre; ils sont tous de
différent poids selon qu'ils ont plus ou moins perdu par l'usage. Celui [1] qui
1. pese le plus est de trois onces cinq gros & demi; un autre [2] de deux onces sept
2. gros 25. grains: le troisiéme [3] de deux onces sept gros. il y en a encore un
3. quatriéme, qui a beaucoup plus perdu que les autres, & que nous nous dispensons de mettre ici. Celui [4] qui a d'un côté la foudre, & de l'autre le
4. dauphin & la faucille, pese deux onces quatre gros & demi & 12. grains. Un
autre qui a la tête d'un cheval de chaque côté fort maltraité, pese trois onces
12. grains.

II. L'autre poids [5] qui suit, & qui a la tête double de Janus d'un côté, &
5. le navire de l'autre pese trois onces & demi gros. Il n'a point de marque du poids, à moins que cette barre perpendiculaire qui est sur la barque ne marquât I. un as comme nous avons vu ci-devant. Et ce seroit un as réduit à quatre onces, qui auroit perdu sept gros & demi de son poids, ce qui est ordinaire. Cette réduction de l'as au triens n'est pas connuë: nous ne connoissons que celle de l'as au sextans & à l'once, comme nous dirons bientôt. Mais combien y a-t-il eu de choses semblables dont les auteurs ne font pas mention, & que les monumens nous apprennent? Laissons cela sous le doute.

III. Le *quadrans* est nommé ainsi parce qu'il fait le quart de l'as, & il
Pl. est marqué de trois points, parce qu'il pese trois onces qui font le quart de
XLIV. douze. M. le Maréchal d'Estrées en a quatorze. Il y en [1] a trois d'un même
1. type: la tête d'un jeune Hercule, & un navire. L'un pese deux onces deux

---

CAPUT QUINTUM.


I. Triens, sive tertia pars assis, ejus nota atque forma. II. Alia figura incerta. III. Quadrans. IV. Sextans. V. Uncia.


I. TRiens sic vocatur, quia tertiam libræ partem constituit, notatur autem quatuor punctis, iisque crassissimis, quæ significant quatuor uncias, tertiam nempe partem duodecim unciarum. Septem trientes sunt in Museo Estræano, quatuor eosdem habent typos: Romæ caput in altera facie visitur, in altera vero navis. Pondere autem inter se differunt, prout scilicet vel plus, vel minus ex usu atque contactu amiserunt. Qui plus [1] servavit ponderis habet tres uncias, quinque drachmas & dimidiam: alter [2] duas uncias septem drachmas viginti quinque grana: tertius, [3] duas uncias, septem drachmas. Quartus etiam adest qui plus amisit, quam cæteri omnes, quemque hic non oculis subjiciemus. Ille qui in [4] altera facie fulmen habet, in altera vero delphinum & falculam, pondus retinet duarum unciarum, drachmarum quatuor, duodecimque granorum. Alius in utraque facie equinum caput habens, labefactatus admodum est; estque hodie pondo trium unciarum, duodecimque granorum.


II. Aliud [5] quod sequitur pondus, & quod caput Jani bifrontis hinc, navimque inde habet, tres uncias retinuit & drachmæ dimidium. Nullam præ se fert ponderis notam, nisi fortasse illa perpendicularis linea supra navim, litteram I. significet, & assem, uti supra vidimus. Quo casu as esset ad quatuor reductus uncias, qui ex pondere pristino septem drachmas & dimidiam amisisset, id quod non raro accidit. Hæc porro reductio assis ad trientem suum, nusquam memoratur. Duas novimus reductiones assis, ad sextantem nempe & ad unciam, ut modo dicemus. Sed quot hujuscemodi res accidere, quas scriptores omnes silentio tegunt? Rem in dubio relinquamus.


III. Quadrans sic appellatur, quia est quarta pars assis: & tribus notatur punctis, quoniam pondus est trium unciarum: quæ duodecim unciarum quartam partem efficiunt. D. Marescallus d'Estrées quatuordecim habet quadrantes. Tres eumdem præ se ferunt typum, nempe caput Herculis [1] junioris & navem. Unus habet duas uncias, duas drachmas, duo-


LE TRIENS OU LE TIERS DE L'AS


1


2


3


4


5

M. le Mar. d'Estrées

gros 12. grains ; l'autre deux onces un gros 12. grains ; le troisiéme deux onces demi gros. Nous n'en donnons qu'un pour éviter la repétition. Un autre *quadrans* fort usé & même cassé, a de chaque côté une tête [2] qui porte 2.
le bonnet Phrygien, il pese deux onces quatre grains. Celui qui a [3] un chien 3.
d'un côté, & une fleur ou une rouë de l'autre, s'y ttouve deux fois : l'un pese deux onces 26. grains ; l'autre une once six gros. Un autre qui a [4] un 4.
sanglier y est quatre fois ; le premier est de deux onces cinq gros & demi 16. grains ; le second de deux onces cinq gros & demi cinq grains ; le troisiéme de deux onces quatre gros & demi 22. grains ; le quatriéme de deux onces deux gros 30. grains. Celui qui [5] a la main & la massuë des deux côtés, pese 5.
deux onces deux gros. Celui qui a la main [6] & la faucille d'un côté, & de 6.
l'autre deux instrumens qu'on a pris mal à propos pour des poissons ; celui-là, dis-je, y est deux fois ; l'un pese deux onces deux gros seize grains ; l'autre deux onces deux gros quatre grains. Un autre [7] qui a un lion d'un côté & une su- 7.
perficie plate de l'autre, qui paroît avoir été un poids de trois onces, quoiqu'il n'ait aucune marque, pese deux onces quatre gros & demi 12. grains. Il n'est pas certain que çait été un poids Romain.

IV. Aprés le *quadrans* vient le *sextans* qui est la sixiéme partie de l'as. Pl.
Sa marque est deux points qui signifient deux onces. Il y en a douze au XLV.
cabinet de M. le Maréchal d'Estrées. Un qui a d'un [1] côté une tête couverte 1.
de la peau du lion, & de l'autre un navire, a beaucoup perdu de son poids, non seulement par l'usage, mais aussi par une grande cassure qui est au-dessus de la tête, il pese une [2] once deux gros 11. grains. Un autre qui est aussi 2.
cassé par le haut & fort degradé, représente d'un côté un instrument ou un vase, & de l'autre une rouë. Il pese une once un gros & demi & 32. grains. Le [3] *sextans* qui a de chaque côté la tête d'un homme avec un bon- 3.
net, pese une once six gros. Il y en [4] a quatre de Mercure, & du navire au 4.
revers que nous mettons tous à cause de la différence des petases. L'un pese une once quatre gros 32. grains ; [5] le second une once trois gros & demi 5.

decimque grana ; alius, duas uncias, drachmam unam, duodecim grana ; tertius duas uncias, drachmamque dimidiam. Unum tantum proferimus, ne idem ipsum repetatur. Alius quadrans [2] admodum tritus, imo fractus, in utraque facie caput habet tiara Phrygia tectum ; pondus hodiernum ejus est unciarum duarum & granorum quatuor. Ille [3] qui in altera facie canem habet, in altera vero rotam, vel florem, bis ibidem exstat ; alius pendit duas uncias, grana viginti sex ; alius unciam tantum, sexque drachmas. Alius [4] qui aprum exhibet quater hic habetur : primus est duarum unciarum, quinque drachmarum & dimidiæ, sexdecimque granorum ; secundus duarum unciarum, quinque drachmarum & dimidiæ, ac quinque granorum ; tertius duarum unciarum, quinque drachmarum & dimidiæ, & viginti duo granorum ; quartus duarum unciarum, duarumque drachmarum, & triginta granorum. Qui [5] manum & clavem habet in utraque facie, duarum est unciarum, duarumque drachmarum. Is [6] qui in una facie manum & falculam habet, in altera vero instrumenta duo, quæ quidam pro piscibus habuere, sed perperam, in hoc Museo bis reperitur ; unius pondus hodiernum est duarum unciarum, totidemque drachmarum, ac sedecim granorum ; alter quadrans est duarum unciarum, totidem drachmarum, & quatuor granorum. Alius [7] qui in una facie leonem exhibet, & planam superficiem in postica habet, videtur fuisse trium unciarum, licet nullam præ se ferat notam ; estque duarum unciarum, drachmarum quatuor cum dimidia, ac duodecim granorum. An pondus Romanum vere fuerit incertum est.

IV. Post quadrantem accedit Sextans, quæ sexta pars assis est. Duobus vero punctis notatur, quæ duas uncias significant. Duodecim sextantes in Museo Estræano observantur. Unus [1] qui in antica facie caput habet leonis pelle tectum, in postica autem navim, multum amisit ex pondere, non ex usu modo, sed etiam quia fractum quidpiam exhibet sub capite. Pondus hodiernum est unciæ, duarum drachmarum undecimque granorum. Alter [2] qui perinde fractus est versus superiorem oram, & admodum detritus, in altera facie instrumentum aut vas quodpiam exhibet, in altera autem rotam : pondus ejus hodiernum est unius unciæ, drachmæ item unius & dimidiæ, ac triginta duûm granorum. Sextans ille [3] qui in utraque facie caput viri exhibet cum pileo, habet unciam, sexque drachmas. Quatuor [4] sunt sextantes Mercurium & navim in postica facie exhibentes, quos omnes proferimus ob illas petasorum varietates, quæ in iisdem observantur. Unus in pondere habet unciam, drachmas quatuor, & tringinta duo grana ; alter [5] unciam, tres drachmas atque dimidiam, & viginti duo

6. & 22. grains ; le [6] troisiéme un once trois gros & demi 10. grains ; le qua
7. triéme une [7] once deux gros & demi 12. grains. Celui de la [8] coquille , qui
8. a au revers le caducée & la faucille , pese une once trois gros & demi 28.
9. grains. Le *sextans* [9] du chien couché qui a une lyre au revers se trouve trois
10. fois dans le même cabinet ; l'un pese une once trois gros & demi ; l'autre [10]
une once deux gros & demi , & le dernier que nous nous dispensons de donner ,
11. une once un gros 23. grains Celui qui [11] a un vase & une rouë, pese une once
trois gros 23. grains.

Pl. V. Le dernier de ces poids étoit l'*uncia* ou le *stips uncialis*. Il y en a dix dans
XLVI. le même cabinet, dont cinq ont la tête de Rome & le navire au revers.
J'avouë que j'ai peine à croire que plusieurs d'entre ces dix pieces de mon-
noie ; car c'est véritablement de la monnoie ; ayent jamais pesé une once ,
1. ou s'ils l'ont pesée, ils ont bien perdu de leur poids. [1] Le premier de ceux-ci
2. a six gros & demi 14. grains : c'est celui qui en a le plus : le second [2] six gros
3. moins deux grains : le troisiéme [3] cinq gros & demi 16. grains : le quatriéme [4]
4. 5. cinq gros 28. grains : le cinquiéme six gros quatre [5] grains : Le sixiéme qui a de
6. chaque côté [6] un osselet, cinq gros & demi six grains : le septiéme qui a de
7. chaque [7] côté un osselet & une massuë, cinq gros & demi 32. grains : le hui-
8. tiéme qui [8] a l'osselet & la faucille , cinq gros & demi 25. grains : le neu-
9. viéme [9] qui a d'un côté le pot & de l'autre le bâton augural, cinq gros & de-
10. mi 32. grains : le dixiéme [10] qui a une tête d'homme & au revers une coquil-
le, cinq gros 26. grains.

---


grana ; tertius [6], unciam, tres drachmas & dimidiam, & decem grana ; quartus [7], unciam unam , drachmas duas & dimidiam , grana duodecim. Is qui [8] cochleam habet , & in altera facie caduceum & falculam , est pondo unciæ , trium drachmarum & dimidiæ, viginti octo granorum. Sextans [9] decumbentem canem exhibens , in cujus postica facie lyra visitur , ter in eodem occurit Museo : alius est unius unciæ , trium drachmarum & dimidiæ; alter [10] unius unciæ duarum drachmarum & dimidiæ; postremus vero, quem non proferendum duximus , unius unciæ , drachmæ item unius & dimidiæ. Is qui [11] vas habet & rotam , est unciæ unius, trium drachmarum , & viginti trium granorum.

V. Postremum pondus uncia erat , sive stips uncialis. Decem in eo Museo sunt : ex illis quinque numero caput Romæ habent, & in postica navem. Fateor me vix eo adduci posse ut credam, plures saltem earum decem unciarum unquam unciæ pondus habuisse ; atque suspicor non omnes hosce nummos , nam nummi vere sunt, pro repræsentanda uncia cusos fuisse. Ex iis vero qui ad unciam repræsentandam percussi sunt , aliquot ex pristino pondere multum amisere. Primus [1] sex drachmas & dimidiam, ac quatuordecim grana habet ; hic ex prisco pondere minus quam alii omnes amisit ; secundus [2] sex drachmas duobus demtis granis ; tertius [3] quinque drachmas & dimidiam, sexdecimque grana; quartus [4] quinque drachmas, viginti octo grana ; quintus [5] sex drachmas , quatuor grana ; sextus [6] qui talum in utraque facie habet, quinque drachmas & dimidiam, sexque grana ; septimus [7] qui etiam in utraque facie talum habet & clavam , quinque drachmas & dimidiam , ac triginta duo grana ; octavus [8] qui talum & falculam habet, quinque drachmas & dimidiam cum viginti quinque granis ; nonus [9] qui ex altera parte vas, ex altera lituum habet, quinque drachmas dimidiamque, triginta duo grana; decimus qui [10] caput viri , & in postica parte cochleam habet, quinque drachmas , viginti quinque sex grana.




CHAPITRE


LE QUADRANS OU LE QUART DE L'AS.
























M. le Mar. d'Estrées


LE SEXTANS SIXIÉME PARTIE DE L'AS.

































M. le Mar. d'Estrées


STIPS UNCIALIS OU L'ONCE



1



2



3



4



5


6


7


8


9


10

M. le Mar. d'Estrées

CHAPITRE SIXIE'ME.

I. Réductions de l'As dont parle Pline. II. Réduction de l'as à sa moitié, que les monumens apprennent, & dont les auteurs ne parlent pas. III. Autres réductions assez incertaines. IV. Autres extraordinaires.

I. NOus voici à la réduction de l'as qui a bien des difficultés. Nous sçavons par le témoignage de Pline, que les finances se trouvant courtes à la premiere guerre Punique, l'as fut réduit au sextans : on fondit ce qu'il y avoit dans l'épargne, & l'on ordonna que ce qui ne faisoit auparavant que la sixiéme partie de l'as, auroit toute sa valeur. Les subdivisions furent réduites de même. A la seconde guerre Punique, lorsque Hannibal réduisit la République à l'extrémité, Fabius Maximus étant Dictateur, l'as fut réduit au douziéme de son poids. Voilà des réductions bien extraordinaires, au sixiéme du poids & au douziéme. Ce qui est encore plus surprenant ; c'est la réduction de l'as à la demi once dont parle Pline 33. 3. Elle fut faite après que Fabius Maximus eut réduit l'as au douziéme de son poids. *Post lege Papiria semunciales asses facti.* Ces réductions se faisoient tout d'un coup sans que les auteurs nous marquent aucune gradation. Cela fait voir que la nécessité de la République étoit bien urgente.

II. Ce qui fait l'embarras est que cette gradation que les auteurs n'apprennent pas, se trouve dans des monumens incontestables. Nous trouvons l'as réduit à la moitié ; c'est-à-dire, à six onces. Nous n'avons pas l'as même ; mais on trouve ses parties : dans le même cabinet le triens se trouve quatre fois, pesant originairement deux onces. Une tête de Rome ou de quelque autre divinité femelle, a quatre gros points derriere ; le revers qui a aussi les quatre points, représente Hercule qui assomme un centaure. Ces quatre médailles ; car ce sont véritablement des médailles & des monnoyes, ont bien moins perdu que les autres, parce que le relief est des plus bas : ce sont ordinairement ces grands reliefs qui font perdre beaucoup aux poids : ces fi- PL. XLVII.

CAPUT SEXTUM.

I. Reductiones assis de quibus Plinius. II. Reductio assis ad dimidiam sui partem, quam docent monumenta, tacent scriptores. III. Aliæ renuctiones incertæ. IV. Aliæ insolentes.

I. JAm ad assis reductionem devenimus, quæ plurimis est difficultatibus obnoxia. Plinio teste novimus, cum in primo bello Pnnico ærarium pene exhaustum esset, assem ad sextantem fuisse redactum, Plin. 33. 3. *Constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur.* Liquata sunt omnia quæ in ærario erant, & mandatum fuit ut sexta assis pars precium assis totúm haberet. Partes etiam subdivisæ assis redactæ similiter sunt. Secundo autem bello Punico, quando Hannibal Rempublicam in extremum egit periculum, cum Fabius Maximus Dictator esset, as ad duodecimum sui pondus reductum fuit. Quæ certe reductiones stupendæ omnino insolitequæ videntur esse, ad sextam & ad duodecimam. Et quod adhuc in stuporem magis injiciat, reductus as est ad vigesimam quartam sui partem, de qua re Plinius eodem loco agit: *Post lege Papiria semunciales asses facti.* Hoc autem totum simul accidit, reductionesque illæ uno tempore fiebant in totum, nec quasi per gradus ; primo ad sextam partem, secundo ad duodecimam, tertio ad vigesimam quartam perventum est. Qua re probatur Reipublicæ necessitatem extremam tunc fuisse.

II. Illud autem quamdam parit difficultatem ; hæc gradatio quam non docent scriptores, in monumentis certissimis reperitur. Assem reperimus ad dimidiam sui partem reductum, id est ad semissem. Assem quidem sic reductum non habemus, sed ejus partes reperimus. In eodem Museo triens quater occurrit, qui, ut æstimare licet, duas uncias ab initio habuit. Caput Romæ, sive alicujus deæ habet puncta quatuor crassissima à tergo. Postica facies quæ etiam quatuor illa puncta repetita habet, Herculem repræsentat, qui centaurum occidit. Illi quatuor nummi, nam nummorum vere formam habent, longe minus ex pondere suo amiserunt, quoniam anagliphum omnino demissum est, neque prominet, imo planam

gueres en bosse qui sortent beaucoup sur la médaille, s'usent bien plus par le frot-
1. tement, & par tant d'autres accidens. Le mieux conservé de ces [1] poids qui est
presque à fleur de coin, pese une once sept gros 22. grains. Un autre, une once 6.
gros 32. grains: le troisiéme, une once 5. gros: le quatriéme, un once 4. gros
& demi 18. grains. Nous y trouvons aussi plusieurs fois & en différens types le
sextans ou la sixiéme partie de l'as réduit à moitié, c'est-à-dire à une once: cette
sixiéme partie est marquée par deux gros points qui signifient que la piece a la
valeur de deux onces, quoiqu'elle n'en pesât qu'une après la réduction. Il y en a
de cette espece dix, dont plusieurs ont peu perdu de leur poids par la raison
que nous venons de dire: de ces dix, six ont le type de la louve qui allaite
Remus & Romulus, & au revers un oiseau qui tient une fleur à son bec: le
2. mieux [2] conservé pese sept gros 32. grains: un autre sept gros 26. grains: le
troisiéme, sept gros: le quatriéme, six gros & demi 28. grains: le cin-
quiéme, six gros dix grains: le sixiéme, cinq gros 12. grains Les quatre qui
3. restent ont la tête de Mercure d'un côté, & le navire de l'autre. Le plus [3] 3.
4. 5. fort pese sept gros 22. grains: le second, [4] six gros & demi 16. grains: le [5] 5.
6. troisiéme, six gros 26. grains: le [6] quatriéme, six gros. On trouve aussi dans
le même cabinet l'once selon cette réduction. Il y a trois poids qui portent la
marque de l'once; c'est-à-dire, un gros point. Ils ont tous trois la tête du soleil
7. d'un côté, & un croissant avec deux étoiles de l'autre. Le [7] plus fort pese
8. 9. trois gros 24. grains: le second [8] trois gros 15. grains, & le troisiéme [9] trois
10. gros 12. grains un [10] autre qui a la tête de Rome d'un côté, & un navire de
l'autre, pese trois gros & demi cinq grains. Voilà bien des preuves de la réduc-
tion de l'as à sa moitié: on ne trouve point l'as entier ainsi réduit; mais l'ancien
semissis qui pesoit six onces pouvoit servir d'as après la réduction. Je ne sçai au
reste s'ils ont été frappés à Rome; ils semblent differer de l'as Romain pour la
forme & le coin.


PL. XLVIII. III. Outre ces poids-là qui se réduisent à la moitié des premiers, il y
en a encore d'autres qui semblent supposer des réductions différentes. Tel

---

fere superficiem offert, licet integram & sanam. Cum autem figuræ illæ prominent & erumpunt foras, tunc eæ facilius deteruntur & labefactantur. Qui [1] majorem inter eos præfert integritatem & conservationem, ita ut ex manu artificis egredi videatur, est unius unciæ, septem drachmarum, & viginti duûm granorum. Alter unius unciæ, sex drachmarum, & triginta duûm granorum; tertius unius unciæ & quinque drachmarum; quartus item unciæ unius, quatuor drachmarum, & octodecim granorum. Sæpe item & cum variis typis figurisque sextantem, sive sextam assis partem, hic videmus ad unciam unam reductum. Hæc porro sexta pars duobus crassioribus punctis signatur, quæ significant nummum hujus esse precii, etsi dimidiam tantum sextantis prisci partem obtineat. Decem ejusdem generis in eodem Museo sunt, qui ob supra allatam rationem ex pondere parum amiserunt. Ex illis porro decem, sex typum habent lupæ Remum & Romulum Lactantis; & in postica avem quæ florem rostro tenet. Qui [2] cæteris sanior videtur, pondus habet septem drachmarum & 32. granorum; alter septem drachmarum, vigintique sex granorum; tertius septem drachmarum; quartus sex drachmarum ac dimidiæ, & viginti octo granorum; quintus sex drachmarum, decem granorum; sextus quinque drachmarum, duodecim granorum. Quatuor autem qui supersunt caput Mercurii in altera facie habent, navemque in altera. Qui [3] minus ex pondere amisit, habet septem drachmas, viginti duo grana; secundus [4] sex drachmas & dimidiam, ac sexdecim grana; tertius [5] sex drachmas, viginti sex grana; quartus [6] sex drachmas. In hoc etiam Museo uncia habetur secundum hanc reductionem. Tres sunt nummi qui unciæ notam præ se ferunt, nempe punctum, sive globulum; qui omnes caput solis in una facie habent & crescentem lunam cum duabus stellis in altera. Qui minus [7] ex pondere perdidit tres drachmas habet & grana viginti quatuor; secundus [8] tres drachmas & quindecim grana; tertius [9] tres drachmas & duodecim grana. Alius qui caput Romæ [10] in una facie habet, & navim in alia, tres drachmas & dimidiam habet, & grana quinque. En multos nummos qui probant assem ad dimidiam sui partem reductum fuisse. As autem integer sic reductus nondum repertus est: sed semis vetus pro asse haberi poterat post illam reductionem. Cæterum hi nummi qui notas partium assis præ se ferunt, nescio an Romæ percussi fuerint; à Romano enim asse quo ad formam & modum differre videntur.

III. Præter hæc pondera, quæ ad dimidiam priorum partem reducuntur, alia sunt quæ diversas supponere reductiones videntur. Hujusmodi est [1] semis:

LES PARTIES DE L'AS REDUIT À LA MOITIÉ DE SON POIDS.



Mr. le Maréchal d'Estrées

46

eſt un ſemis bien marqué qui s'y trouve deux fois. Le [1] mieux conſervé peſe 1.
une once deux gros & demi & 28. grains. Il y a apparence qu'il peſoit une once
& demi, avant que le temps & l'uſage l'euſſent dégradé : ainſi ce ſeroit la moi-
tié de l'as réduit au quart ; c'eſt-à-dire à trois onces.

IV. Il y en a encore bien d'autres poids dont il eſt difficile de trouver la ré-
duction, parce qu'ils ont beaucoup perdu par l'uſage. Tel eſt un [2] ſextans ovale 2.
qui s'y trouve deux fois fort uſé, & qui peſe cinq gros & demi. Tel un [3] *qua-* 3.
drans marqué de trois gros points, qui a d'un côté une tête, & de l'autre
un taureau qui court, avec un ſerpent au-deſſous. Il peſe une once, un gros &
demi & 12. grains. Un *quadrans* [4] qui a la tête de Jupiter d'un côté & la foudre 4.
de l'autre, peſe ſix gros & demi 26. grains. Tel encore un *triens* [5] qui a une 5.
main d'un côté, & deux maſſuës de l'autre avec une inſcription entre les deux,
que le P. du Moulinet a lu IAIEDE, & qui finit en EDE. Il peſe une once & 22.
grains. Tel encore [6] un *ſextans* qui a une main bandée, comme la main d'un 6.
joueur de ceſte, & au revers deux maſſuës, qui peſe cinq gros & demi. Ces
deux poid ſemblent être des parties d'un as de quatre onces. Le ſextans de [7] la 7.
grenoüille & de l'ancre s'y trouve deux fois : l'un peſe cinq gros 28. grains ;
l'autre cinq gros deux grains.

Un triens [8] qui a Rome d'un côté & un navire de l'autre, & qui peſe ſix 8.
gros ſix grains, paroit avoir perdu conſidérablement, & ne peut entrer dans
aucune des réductions connuës. On doit ranger [9] dans la même claſſe un *ſtips* 9.
uncialis qui peſe quatre gros 22. grains, & qui repréſente d'un côté une tête
couverte de la peau du lion, & de l'autre deux dauphins.


---

cujus nota clare appoſita eſt, & bis in eodem Muſeo occurrit. Qui minus ex pondere perdidit, habet unciam, drachmas duas atque dimidiam, & grana viginti octo. Veriſimile omnino eſt, ejus priſcum pondus fuiſſe unius unciæ ac dimidiæ, antequam uſu & tempore detritus ſemis fuiſſet : ſicque dimidia pars eſſet aſſis quadrantem, ſive ad tres uncias reducti.

IV. Alii quoque nummi cum notis ponderis occurrunt, quorum reductio difficile reperiatur, quia uſu admodum detriti ſunt. Hujuſmodi eſt [2] ſextans ovatæ formæ, qui bis occurrit in Muſeo iſto, ſed admodum detritus, & qui drachmæ unius ac dimidiæ pondus habet. Talis [3] quadrans tribus craſſiſſimis punctis notatus, qui in antica facie caput habet, & in poſtica taurum currentem, cum ſerpente ſubtus poſito. Hujus pondus eſt unciæ, & drachmæ unius atque dimidiæ, ac duodecim granorum. Quadrans [4] qui in altera facie caput Jovis habet, in altera vero fulmen, ſex habet drachmas atque dimidiam & viginti ſex grana. Talis [5] etiam triens, qui in altera facie manum, in altera duas clavas cum hac inſcriptione habet, quam Molinetus ſic legit IAIEDE, & vere deſinit in EDE. Pondus eſt uncia & viginti duo grana. Talis [6] ſextans qui manum exhibet faſciis vinctam, ut erant manus eorum qui ceſtibus pugnabant, & in poſtica facie clavas duas, eſtque drachmarum quinque & dimidiæ : hi duo nummi videntur partes eſſe aſſis quatuor unciarum. Sextans [7] ranam & anchoram repræſentans, bis habetur in hoc muſeo : alius quinque drachmarum & viginti octo granorum eſt ; alius quinque item drachmarum & duûm granorum.

Triens Romam habens [8] in antica facie, & navem in poſtica, qui ſex drachmas habet, ſexque grana, multum ex pondere amiſiſſe videtur, ad nullamque earum quas novimus reductionum pertinere poſſe videtur. In eamdem amandamus ſtipem uncialem, cujus pondus ſunt quatuor drachmæ, viginti duo grana, qui in una facie habet caput leonis pelle opertum, in altera vero delphinos duos.





CAPITRE SEPTIÉME.

I. Réduction de l'as au Sextans dont parle Pline : les parties de cet as réduit représentées. II. Poids octogone extraordinaire. Autre poids. III. Réduction de l'as à l'once selon Pline : médailles frappées selon cette réduction, avec la marque du poids. IV. Poids qui nous sont venus après coup.

I. VEnons aux réductions que nous apprend Pline ; celle de l'as au Sextans mettoit deux onces pour douze, & réduisoit les subdivisions à proportion en cette forme

L'As	deux onces
Le Semis	une once
Le Triens	cinq gros 24. grains
Le Quadrans	quatre gros
Le Sextans	deux gros & demi 12. grains
L'once	un gros 24. grains.

Pl. XLIX. Cet as réduit au sixiéme se trouve dans les cabinets. Celui de M. le Maréchal d'Estrées en a trois qui ont tous perdu par le temps & l'usage. Le
1. plus [1] fort pese une once cinq gros 12. grains : un autre, une once trois gros 32. grains : le dernier, diminué de près de la moitié, une once 23. grains. Ils ont tous un I. qui marque que c'est un as. Le semis s'y trouve sept fois avec sa marque *S.* tous les sept ont bien perdu. Le plus fort pese cinq gros
2. 23. grains ; [2] mais il y a une cassure & les bords sont adoucis. Les six autres sont bien plus dégradés. Le triens devoit avoir cinq gros 24. grains. Il s'en
3. trouve deux, dont l'un a un peu plus [3] & l'autre moins qu'il ne faut pour venir à cette réduction : l'un a six gros six grains ; l'autre trois gros & demi
4. neuf grains. Le triens se trouve [4] aussi d'une autre maniere : c'est d'un côté une main & de l'autre deux massuës, entre lesquelles est une inscription

CAPUT SEPTIMUM.

I. Reductio assis ad sextantem de qua Plinius. Assis hujusmodi reducti partes repræsentatæ. II. Octangulum pondus insolitæ formæ. Pondus aliud. III. Assis in unciam reductio secundum Plinium, & nummi secundum hanc reductionem, cum nota ponderis percussi. IV. Pondera quædam quæ tardius accessere.


I. JAm ad reductiones veniamus quas docet Plinius. Reductio illa prima assis ad sextantem, duabus unciis duodecim unciarum precium indebat, & partes assis ita reducti pondus infra assignatum habebant.

As	uncias duas.
Semis	unciam unam.
Triens	quinque drachmas. 24. grana.
Quadrans	quatuor drachmas.
Sextans	duas drachmas & dimid. 12. gran.
Uncia	drachmam unam grana 24.

As ad sextam sui partem reductus in museis occurrit. In Museo Estræano tres occurrunt hujusmodi, qui omnes à tempore & usu ex pondere suo amiserunt. Qui minus [1] perdidit habet unciam, quinque drachmas, duodecim grana; alius unciam, tres drachmas, grana 32. postremus qui dimidiam ferme ponderis partem amisit, unciam & viginti tria grana. Omnes I. notam habent, qua significatur assem esse. Semis in eodem Museo septies occurrit cum littera S. qui omnes semisses ex pondere multum amiserunt. Qui minus amisit ex pondere, quinque drachmas & viginti tria grana habet; [2] sed aliquid in eo fractum & avulsum observatur, oræque admodum detritæ sunt. Sex alii longe plus ex pondere amiserunt. Triens sic reductus quinque drachmas & viginti quatuor grana habere debuit. In hoc Museo duo occurrunt, quorum unus [3] plus alter minus habet ponderis. Qui plus habet, est sex drachmarum, sexque granorum, ideoque ad aliam reductionem pertinere videtur; alter tres drachmas & dimidiam, granaque novem. Triens [4] alio quoque modo expressus occurrit. In altera facie manus habetur, in altera duæ clavæ, inter

DIVERSES PARTIES DE L'AS, DE DIFFERENTES REDUCTIONS

1



2




3






4




5




6






7



8



9






Mr. le Maréchal d'Estrées




L'AS REDUIT À SON SIXIEME



48

M. le Mar. d'Estrées



Hétrusque, que le P. du Molinet a lue IAIEDE; on ne peut lire ici, mais on en voit assez pour juger qu'il ne sçauroit y avoir ainsi. Celui-ci pese cinq gros 32. grains. Je prens [5] pour le quadrans deux médailles qui ont les trois points à l'ordinaire, pour marquer le poids de cette partie de l'as. L'un a d'un côté une tête couverte de la peau du lion, & de l'autre côté un bœuf qui court, & un serpent au-dessous; l'autre a un navire: l'un pese trois gros moins trois grains, & l'autre [6] deux gros & demi 28. grains: ils ont perdu un bon quart, & ils sont assez usés pour cela. Le sextans [7] s'y trouve aussi. Un Mercure au revers du navire, qui pese deux gros 15. grains, n'a pas beaucoup perdu de son poids. Un autre qui a [8] une tête couverte de la peau du lion, & au revers la foudre, ne pese plus qu'un gros & demi & 15. grains.

II. Ce poids octogone [9] est apparemment un poids Gaulois, la figure octogone que les Gaulois aimoient tant, comme nous avons déja fait voir, & comme nous ferons voir dans la suite, semble le persuader. Il est marqué d'une clef; la fleur de lis & les autres marques ont été ajoûtées après coup. Il pese douze onces deux gros & demi, deux grains. C'étoit apparemment la livre.

L'autre poids [10] paroit d'un temps fort bas, & a l'air d'un poids de Constantinople. La figure qui y est représentée est un S. Michel qui tient un globe & un flambeau. Il pese deux onces deux gros 27. grains.

III. La réduction au douziéme qui fut faite à la seconde guerre Punique, étoit telle.

L'as	une once
Le Semis	quatre gros
Le Quincunx	trois gros 19. grains
Le Triens	deux gros 48. grains
Le Quadrans	deux gros
Le Sextans	un gros 24. grains
L'once	42. grains.

---

quas inscriptio Hetrusca quam P. du Molinet legit IAIEDE. Hic legi nequit; sed quæ supersunt satis sunt ut intelligatur nunquam ita legi potuisse. Hic habet drachmas quinque & triginta duo grana. Hujus reducti assis quadrantes [5] esse puto duos asses in quibus tria puncta de more, ut quarta pars assis significetur. Unus in altera facie caput pelle leonis opertum exhibet, in altera vero facie ovem currentem, cum serpente subtus posito; alius in postica facie navim exprimit; alter tres drachmas tribus demtis granis exhibet; alter duas [6] dracmas & dimidiam, ac viginti octo grana. Hi quartam ponderis partem amiserunt, atque ita detriti sunt, ut illud amisisse vel inde arguantur. Sextans [7] quoque eodem in Museo occurrit. Mercurius in antica facie exhibetur, in postica navis, habetque drachmas duas, quindecim grana, nec multum amisit ex pondere. Alius [8] qui caput leonis pelle opertum habet, & in postica facie fulmen, drachmam dimidiumque drachmæ habet, ac grana quindecim, multumque amisit.

De cet Empire ainsi divisé se formerent donc plusieurs Etats considérables. Les Rois de Macédoine, du Pont, de Syrie, d'Egypte, & quelques autres partagerent entr'eux & l'Empire d'Alexandre, & ces trésors immenses. Ils battirent des monnoyes d'or & d'argent d'un fort gros volume. Celles de Lysimaque Roi de Thrace surpassent les autres en grosseur. Le Lysimaque d'or de M. le Maréchal d'Estrées pese neuf drachmes ; c'est la plus grande monnoye d'or antique que j'aye encore vu. Il y a au même cabinet un Alexandre d'or qui pese quatre drachmes & demi, c'est la juste moitié du Lysimaque. Une autre Alexandre du même cabinet, qui pese quatre drachmes & demi est aussi la moitié du Lysimaque, & un autre qui pese quatre drachmes & trente-trois grains, a apparemment un peu perdu de son ancien poids.

CAPUT TERTIUM.

I. Thesauri Persarum à Græcis abrepti, partesque divisi, æstimari possunt ex vi immensa auri & argenti, quæ in quibusdam ejusmodi partibus deprehenditur. II. Aurum argentumque Ptolemæorum. III. Antiochi regis Syriæ. IV. Persei Macedoniæ regis.

I. REgum Persarum thesauros immensamque auri argentique copiam ex quibusdam ejus partibus recensitis deprehendemus, prout eæ à fide dignis auctoribus descriptæ sunt : & quod in principio dixi, credibilius evadet, ex ea quæ Romæ post tot advectas divitias, facta fuisse deprehenditur mutatio. Imperium Persarum invasit & cepit Alexander Macedo, qui simul aurum, argentum, & ditionem totam occupavit. Verum hæc diuturno tempore non tenuit. In ætatis flore sublatus, & imperium & thesauros ducibus exercitus in prædam reliquit. Ptolemæus qui Ægypto potitus est, magnam auri argentique partem abstulit. Seleucus, Antigonus, aliique in partem & ipsi thesaurorum venerunt. Etsi vero ex Perside infiniti thesauri abrepti fuerint, multum tamen residuum aurum atque argentum in illis regionibus mansit, id quod probatu facile esset, si ad nostram tuendam opinionem necessarium illud esset.

Ex hoc imperio sic in partes diviso regna multa & dynastiæ ortum habuere. Reges Macedoniæ, Ponti, Syriæ, Ægypti, aliique, & regiones & thesauros omnes nec sine multis ortis contentionibus, inter se diviserunt. Ex auro autem & argento nummos percusserunt molis non mediocris. Lysimachi Thraciæ regis aurei nummi alios quos quidem viderim mole superant. Lysimachus aureus D. Marescalli d'Estrées est pondo novem drachmarum ; inter veteres porro nummos nullum hactenus tanti ponderis vidi ; in eodem Museo Alexander aureus est quatuor drachmarum & dimidiæ ; dimidium nempe Lysimachi. Alexander alius aureus ejusdem Musei ejusdemque ponderis est ; tertius autem qui quatuor drachmas & triginta tria grana pendit, ex veteri pondere, ut videtur, quidpiam amisit.

Les Ptolemées en faiſoient auſſi d'or & d'argent de toute grandeur. Le plus grand Ptolemée d'or eſt à quatre têtes, ſçavoir de Ptolemée premier & de Berenice d'un côté & de Ptolemée Philadelphe avec Arſinoé de l'autre. L'inſcription eſt θεῶν ἀδελφῶν *des dieux freres.* La plus grande avec ce type peſe ſept gros & dix-huit grains. Une autre qui eſt la moitié de celle-là, a le même type & les quatre têtes, il peſe trois gros & demi & neuf grains. Arſioné femme de Philadelphe s'y trouve deux fois du même poids que le grand Ptolemée. Ces deux médailles peſent ſept gros & dix-huit grains. Une Berenice a ſept gros & trois grains; elle étoit du même poids que les précédentes, & elle aura apparemment perdu par l'uſage un petit nombre de grains. Il ſe trouve encore des médailles d'or de moindre poids; un Ptolemée de cinquante-trois grains, ce qui fait la dixiéme partie du grand Ptolemée: deux autres de Ptolemée de trente-trois grains qui fait la ſeiziéme partie du grand Ptolemée; une Berenice de vingt grains qui n'en fait que la vingt-ſixiéme partie. Nous avons cru que ce petit détail feroit plaiſir au lecteur. Ces ſucceſſeurs d'Alexandre le Grand, faiſoient donc de groſſes monnoyes d'or & d'argent, marques certaines de leurs richeſſes.

J'en ai vu pluſieurs à peu-près de même poids. Si l'on n'en trouve pas davantage, c'eſt que peu de gens font des recueils de médailles d'or, & que d'ailleurs ceux qui les déterrent dans l'Egypte, contens du gain préſent ſe ſoucient peu de les négocier; ce qui fait qu'il n'en vient pas beaucoup en Europe.

II. Outre cette monnoye ils avoient une quantité incroyable de pieces d'or en ſtatuës, vaſes & autres choſes dont nous allons faire un détail qui ſurprendra. C'eſt Callixene Rhodien qui nous en fait la deſcription, lorſqu'il parle de la magnifique tente que fit conſtruire Ptolemée Philadelphe, & de la pompe qu'il célébra au même-temps. Je ne parlerai point ici des ouvrages de ſculpture que cette tente renfermoit, ni de la dépenſe qu'il fit tant à la tente qu'à cette pompe, la plus grande de toutes les pompes: je ne décrirai pas non plus la richeſſe des habits; je me contenterai de

---

Ptolemæi quoque aureos argenteoſque nummos cudebant variæ molis diverſique ponderis. Maximus porro Ptolemæus aureus quatuor exhibet capita, duo nempe in qualibet nummi facie, in altera nempe Ptolemæi primi & Berenices, in altera vero Ptolemæi Philadelphi & Arſinoes. Inſcriptio eſt θεῶν ἀδελφῶν, *deorum fratrum.* Qui major nummus eſt hoc typo ſignatus, eſt pondo drachmarum ſeptem, granorum octodecim. Alter qui dimidium hujuſce pondus habet, iiſdem typis, & quatuor item capitibus inſignis eſt: pendit autem tres drachmas & dimidiam, novemque grana. Arſinoe Philadelphi uxor, ejuſdem ponderis quo major ille Ptolemæus, bis occurrit in eodem Muſeo, drachmarum nempe ſeptem & octodecim granorum. Berenice quædam eſt pondo ſeptem drachmarum & trium granorum. Erat, ut credere eſt, ejuſdem quo cæteri majores nummi ponderis, ſed aliquid amiſerit ex uſu. Alii etiam nummi minoris molis & ponderis occurrunt in eodem Muſeo. Ptolemæus nempe quinquaginta quinque trium granorum, id quod decimam magni Ptolemæi partem efficit; duo alii Ptolemæi triginta trium granorum, id quod decimam ſextam magni Ptolemæi partem repræſentat; Berenice vero viginti granorum, vigeſimam ſolum partem. Hæc in ſpecimen protulimus, ut erudito lectori faciamus ſatis, qui hujuſmodi ſolet ſpeciminibus delectari. Magnos igitur illi Alexandri Macedonis ſucceſſores cudebant aureos argenteoſque nummos, opulentiæ teſtes.

Plurimos certe vidi ejuſdem ferme ponderis. Si plures non occurrunt, id fit ex paucitate eorum qui Muſea aurea colligunt; aliunde vero ii qui in ſimiles nummos aureos incidunt, lucrum præſens amplexi, non curant ſæpius hæc quaſi cimelia vendere, hincque fit ut pauci in Europam transferantur.

II. Præter autem nummos tanti ponderis ingenti numero cuſos, incredibilem auri molem poſſidebant, ſtatuas nempe, vaſa, aliaque, quorum deſcriptionem mox facturi ſumus talem, quæ in ſtuporem multos conjiciat. Callixenes Rhodius apud Atheneum libro quinto enumerationem illam texi ingentem de tentorio magnifico loquens quod apparari juſſit Ptolemæus Philadelphus, nec non de pompa ejuſdem eodem tempore celebrata. Non loquar de ſculptis in hoc tentorio operibus, nec de expenſa ſumptibuſque quæ ad pompam hujuſmodi, pomparum omnium magnificentiſſimam neceſſaria fuere, non de luxu veſtium; ſatis fore puto, ſi illa quæ tam in tentorio, quam in

faire une énumeration ſimple des pieces d'or & d'argent qu'il étala dans l'une & dans l'autre.

Il y avoit dans cette tente des boucliers, les uns d'or & les autres d'argent dont l'hiſtorien ne marque pas le nombre.

Dans une antre pratiqué dans la tente, des acteurs comiques, tragiques, ſatyriques qui prenoient leurs repas, buvoient dans des coupes d'or. Au plus haut plancher étoient deux aigles d'or de quinze coudées chacune. Aux côtés de la tente il y avoit cent lits dont tout le ſolide étoit d'or, & dont les pieds ſe terminoient en ſphinges; c'étoient de ces ſortes de lits où l'on ſe couchoit pour manger. Deux cent trépieds d'or ſe voyoient entre ces lits, deux pour chacun: derriere ces lits il y avoit cent baſſins d'argent avec autant de phioles de même matiere. Outre ces lits il y avoit encore une eſpece de lit où l'on mettoit des vaſes d'or ornés de pierreries. Tout cet or & argent montoient au poids de dix mille talens.

Mais cela n'étoit rien en comparaiſon de la pompe, où l'on voyoit toutes les pieces d'or & d'argent dont nous allons faire l'énumération, en paſſant ce qui n'étoit que doré.

On y voyoit des victoires, on n'en marque pas le nombre, dont les aîles étoient d'or.

Un autel double de ſix coudées avoit des feuillages & des ornemens d'or, & étoit ceint d'une couronne d'or.

Six vingt jeunes garçons portoient chacun un vaſe d'or.

Quarante ſatyres avoient chacun une couronne d'or, & en tenoient une autre auſſi d'or à la main.

Deux Silenes chacun avec un caducée d'or, & un homme de grande taille entr'eux deux tenoit auſſi un caducée d'or.

Deux grands vaſes d'or qu'on appelloit *thymiateria*, & un autel quarré d'or.

Des ſatyres dont on ne dit pas le nombre, portoient des vaſes d'or.

Bacchus haut de dix coudées étoit monté ſur un char tiré par 180. hommes. Devant Bacchus étoit une grande coupe Laconique d'or, tenant quinze meſures de cent livres peſant chacune. Un trépied d'or ſur lequel étoit un thymiaterion auſſi d'or, & deux phioles d'or.

---

pompa exhibuit aurea cimelia enumeravero.

Erant in tentorio clypei aurei & argentei, quorum ſcriptor ille numerum non aſſignat.

In antroquopiam infra tentorium adornato, erant hiſtriones comici, tragici, ſatyrici qui epulabantur, & in aureis poculis bibebant. In lacunari erant duæ aquilæ aureæ quindecim cubitorum ſingulæ. Ad tentorii latera centum lecti erant, cujus partes omnes ſolidæ aureæ erant, quorumque pedes in ſphinges terminabantur; ex illo lectorum genere erant in quibus recumbebatur ad cœnam prandiumque ſumendum. Ducenti aurei tripodes inter lectos illos comparebant, duo nempe tripodes ad ſingulos lectos. Centum item diſci aderant argentei cum totidem phialis ex eadem materia. Præter hoſce lectos, erat etiam alius ceu lectus in quo reponebantur vaſa aurea gemmis ornata. Aurum totum & argentum illud decem millium talentorum pondus attingebat.

Verum hoc nihil erat, ſi compararetur cum ipſa pompa, ubi hæc omnia aurea argenteaque conſpiciebantur, quœ mox enumerabimus, eaque tacebimus quæ inaurata tantum erant.

Victoriæ videbantur quarum numerus non aſſignatur, quarumque alæ erant aureæ.

Ara duplex ſex cubitorum folia & ornamenta aurea habebat, aureaque cingebatur corona.

Centum viginti juvenes ſuum ſinguli vas aureum afferentes incedebant.

Quadraginta ſatyri coronam auream ſinguli geſtabant, alteramque coronam auream manu tenebant.

Duo Sileni ſinguli cum caduceo aureo, ac vir grandis ſtaturæ in medio eorum caduceum & ipſe aureum tenebat.

Duo vaſa magna aurea, quæ vocabantur θυμιατήρια, & ara quadrata aurea.

Satyri, quorum numerus non dicitur, aurea vaſa geſtantes.

Bacchus decem cubitis altus, in curru poſitus, à centum octoginta viris trahebatur; ante Bacchum magnus erat Laconicus crater aureus, qui continebat decem *metretas* (metretas autem dicunt centum libras ponderis capere) tripus aureus cui impoſita erant thymiaterium aureum & duæ phialæ aureæ.

Nyſa nourrice de Bacchus, figure de huit coudées de haut, portoit une couronne d'or, & tenoit une phiole d'or.

Six-vingt Silenes ou Satyres portoient, les uns des pots, les autres des phioles, les autres des grands vaſes de Thericlés d'or.

Une Cratere énorme d'argent ſur un char tiré par ſix cent hommes, tenoit ſix cent meſures de cent livres peſant chacune. Elle étoit ceinte d'une couronne d'or ornée de pierres précieuſes.

Deux coupes d'argent de douze coudées de large, & de ſix coudées de haut. Dix grandes cuves d'argent, ſeize coupes d'argent, dont les plus grandes tenoient trente meſures de cent livres, & les plus petites cinq : dix chauderons, vingt-quatre vaſes à deux anſes ſur cinq ſoucoupes.

Deux preſſoirs d'argent ſur leſquels étoient vingt-quatre gobelets.

Une table d'argent maſſif de douze coudées, & trente autres de ſix coudées chacune.

Quatre trépieds dont l'un qui étoit d'argent maſſif avoit ſeize coudées de circuit, les trois plus petits étoient ornés de pierreries ſur le milieu. On portoit enſuite quatre-vingt trépieds Delphiques d'argent moindres que les précedens, tous à quatre angles : vingt-ſix cruches, ſeize amphores panathénaïques ; cent ſoixante autres vaiſſeaux, dont le plus grand tenoit ſix meſures, & le plus petit deux. Tous ces vaiſſeaux dont nous venons de parler étoient d'argent.

Les vaſes d'or venoient enſuite ; quatre qu'on appelloit Laconiques, deux vaſes à la Corinthienne, qui tenoient chacun huit meſures de cent livres, un preſſoir où étoient dix gobelets & deux autres vaſes dont chacun tenoit cinq meſures, & encore deux autres vaſes à deux meſures : vingt-deux autres vaſes nommés pſycteres, dont le plus grand tenoit trente meſures, & le plus petit une : quatre grands trépieds d'or, une grande machine d'or pour y mettre des vaſes auſſi d'or, elle avoit dix coudées de long, & elle étoit à ſix degrés ornés de figures d'animaux dont la hauteur étoit de quatre palmes. Deux grands gobelets, deux ſoucoupes d'or de quatre coudées, & trois autres de moindre grandeur, dix cruches, un autel de trois coudées, vingcinq plats.

Nyſa Bacchi nutrix, cujus ſtatura octo cubitorum erat, coronam geſtabat auream, phialamque tenebat & ipſam auream.

Centum viginti Sileni & Satyri, alii ſcyphos geſtabant, alii phialas, alii vaſa magna Thericlea aurea.

Crater ingens enormiſque magnitudinis, in curru ſexcentis viris juncto, ſexcentas metretas ſeu menſuras centum librarum capiebat, aureaque corona cingebatur gemmis ornata.

Duo crateres argentei latitudinis duodecim cubitorum, alitudinis vero ſex cubitorum. Decem labra grandia argentea ; ſexdecim crateres argentei, quorum majores triginta metretas capiebant, minores vero quinque metretas : decem lebetes, viginti quatuor vaſa utrinque anſata ſuper repoſitoriis quinque.

Duo torcularia argentea, quibus impoſiti erant viginti quatuor cululli.

Menſa argentea ſolida duodecim cubitorum, & triginta aliæ menſæ ſex cubitorum ſingulæ.

Quatuor tripodes, quorum unus ex argento ſolidus ſexdecim cubitorum ambitum habebat ; tres alii minores ornati erant lapillis in medio. Hinc geſtabantur octoginta tripodes Delphici argentei præcedentibus minores, quaternis ſinguli angulis ; viginti ſex hydriæ ; ſexdecim amphoræ Panathenaïcæ ; centum ſexaginta vaſa alia, quorum maximum ſex metretas capiebat, & minimum duas. Hæc omnia vaſa poſtremo memorata argenta erant.

Sequebantur aurea vaſa quatuor Laconica dicta, duo vaſa Corinthia, quorum ſingula metretas octo capiebant : torcular cum decem culullis, duoque alia vaſa, quorum ſingula quinque metretas capiebant, duoque alia duas metretas capientia : viginti duo alia vaſa, quibus nomen pſycteres, ex quibus quod majus erat triginta metretas tenebat, & quod minus, unam metretam : quatuor magni tripodes aurei ; magna machina aurea locandis aliis vaſis aureis, quæ machina decem cubitorum longitudinis erat ; ſex gradibus conſtabat, qui gradus ornati erant animalium figuris, quorum altitudo quatuor palmarum erat : duo magni cululli, duo repoſitoria aurea quatuor cubitorum, & alia minora ; decem amphoræ ; ara ſex cubitorum, diſci viginti quinque.

De Mille ſix cent jeunes garçons qui ſuivoient, deux cent cinquante portoient chacun un vaſe d'or, & quatre cent des vaſes d'argent : trois cent vingt autres portoient des vaſes d'or appellés pſyčteres.

Vingt grands pots d'or & cinquante d'argent portés par des jeunes garçons.

Des Nymphes autour d'un antre porté ſur un char, avoient des couronnes d'or, & Mercure portoit un caducée d'or.

Bacchus haut de douze coudées monté ſur un éléphant, étoit couronné d'or, & portoit un long tyrſe d'or ? un ſatyre de cinq coudées de haut monté ſur le cou de l'éléphant, portoit un couronne d'or ; tout le harnois de l'éléphant étoit d'or, & il portoit une couronne d'or en forme de feuilles de lierre.

De cinq cent jeunes filles qui ſuivoient, ſix vingt avoient des couronnes d'or.

Six vingt ſatyres étoient armés de toutes pieces : l'armure des uns étoit d'argent, & celle des autres de cuivre.

On voyoit enſuite cinq troupes d'ânes montés par des Silenes & des Satyres : une partie de ces ânes portoit des frontaux, & tout le reſte du harnois d'or, & l'autre partie d'argent.

Soixante Ethiopiens portoient des coupes d'or & d'argent, & de la poudre d'or.

Bacchus & Priape venoient enſuite avec des couronnes d'or, & Junon avec un diadême d'or, Alexandre & Ptolemée en avoient de même, & la ville de Corinthe perſonnifiée un diadême d'or. On voyoit là un grand vaſe plein de coupes d'or, & une grande coupe d'or qui tenoit cinq meſures de cent livres.

Une troupe de femmes qui portoient le nom des villes d'Ionie & des Iſles, avoient chacun une couronne d'or.

Sur une autre char à quatre roües étoit un thyrſe d'or de quatre-vingt-dix coudées, & une lance d'argent de ſoixante coudées.

Sur un autre char étoit un phalle d'or de ſix-vingt coudées de haut, ſurhauſſée d'une étoile d'or, le circuit de ce phalle étoit de ſix coudées.

Ex mille ſexcentis adoleſcentibus qui ſequebantur, ducenti quinquaginta geſtabant vaſa ſinguli aurea, & quadringenti vaſa argentea; trecenti viginti alii pſycteres geſtabant aureos.

Hinc viginti ſcyphi aurei magni, & quinquaginta argentei ab adoleſcentibus geſtati.

Nymphæ circa antrum quodpiam curru geſtatum, coronas habebant aureas, & Mercurius caduceum aureum.

Bacchus ſtatura duodecim cubitorum, elephante vectus, auro coronatus, longumque thyrſum aureum geſtabat. Satyrus ſtatura quinque cubitorum, elephanti collo inſidens, coronam geſtabat auream. Elephanti ornatus apparatuſque omnis aureus erat, geſtabatque elephantus coronam auream in modum hederaceorum foliorum elaboratam.

Ex quingentis puellis ſequentibus, centum viginti coronas geſtabant aureas.

Centum viginti Satyri omnis generis armatura tecti erant, arma vero alia ex argento, alia ex ære erant.

Hinc ſequebantur quinque aſinorum turmæ Silenos & Satyros vehentes : pars aſinorum frontalia geſtabant cum omni apparatu aurea, pars argentea.

Sexaginta Æthiopes crateres aureos & argenteos geſtabant, aureaque ramenta.

Bacchus & Priapus poſtea cum coronis aureis incedebant, & Juno cum diademate aureo. Alexander & Ptolemeus itidem habebant, & urbs Corinthi perſonæ more diadema aureum geſtabat. Ibi viſebatur vas magnum plenum crateribus aureis, & magnus crater aureus qui metretas quinque capiebat.

Mulierum turma, quæ Ionicarum & inſulanarum urbium nomina geſtabant, coronam habebant auream.

In alio quatuor rotarum curru thyrſus erat aureus nonaginta cubitorum, & lancea argentea ſexaginta cubitorum.

In alio curru phallus aureus erat centum viginti cubitorum, in cujus culmine ſtella aurea erat : hujuſce phalli circuitus ſex cubitorum erat.

Trois cent joueurs de guitarres dorées portoient chacun une couronne d'or.

Deux mille taureaux avoient chacun un frontal d'or, au milieu duquel étoit une couronne d'or; ils étoient encore ornés d'un collier & d'une Egide d'or.

Tout ce qui précede regardoit la pompe de Bacchus. La pompe de Jupiter & des autres Dieux venoit ensuite, & on y voyoit la statuë d'Alexandre d'or. Plusieurs trônes Royaux d'or & d'yvoire; sur un de ces trônes d'or étoit un grand diadême d'or; sur l'autre une corne d'or: un autre trône portoit aussi une corne d'or, & un autre une corne d'or toute solide & sans creux. Sur le trône de Ptolemée Soter, il y avoit une couronne, dans la composition de laquelle étoient entrées dix mille pieces d'or.

Trois cent encensoirs d'or, cinquante autels dorés entourés de couronnes d'or, à l'un desquels étoient attachés quatre flambeaux d'or de dix coudées de hauteur.

Douze foiers dorés, l'un desquels qui avoit douze coudées de circuit, en avoit quarante de hauteur, une autre en avoit quinze.

Neuf trépieds Delphiques d'or hauts de quatre coudées, huit autres de six coudées, nn plus grand que tous les autres, de trente coudées, sur lequel étoient des animaux d'or de cinq coudées, & tout au tour une couronne d'or en forme de feuilles de vigne.

Je passe un grand nombre de piéces dorées de grandeur énorme.

On porta à cette pompe de Jupiter trois mille deux cent couronnes d'or, & par-dessus toutes une couronne d'or de quatre-vingt coudées, qui couronnoit l'entrée du temple de Berenice.

Une Egide d'or, plusieurs autres grandes couronnes d'or portées par de jeunes filles: une de ces couronnes avoit deux coudées de hauteur & seize de circuit.

Une cuirasse d'or de douze coudées, & une autre d'argent de dix-huit coudées, sur laquelle étoient deux foudres d'or de douze coudées: une couronne d'or en forme de feuilles de chesne, onrnée de pierreries; vingt boucliers d'or, soixante-quatre armures entieres d'or, deux bottes d'or de

---

Trecenti citharædi citharas habentes inauratas, coronam auream singuli gestabant.

Duo mille tauri frontale singuli aureum habebant, in cujus medio corona aurea erat: collare quoque & ægidem auream habebant.

Quidquid præcessit, pompam Bacchi spectabat. Pompa Jovis cæterorumque deorum postea sequebatur. Ibi visebatur statua Alexandri aurea. Hinc plurima solia regia aurea & eburnea; in aliquo ex istis soliis eminebat magnum diadema aureum; in alio cornu aureum; in alio throno seu solio corona aurea; in alio cornu aureum solidum totum. In solio Ptolemæi Soteris corona erat ex decem millibus aureis nummis confecta.

Trecenta thuribula aurea, quinquaginta aræ inauratæ coronis aureis circumdatæ, ad quarum unam alligabantur quatuor faces aureæ decem cubitorum alitudine.

Duodecim foci inaurati, quorum unus ambitum habebat duodecim cubitorum, & altitudinem quadraginta cubitorum; alius vero quindecim cubitorum.

Novem tripodes Delphici aurei quatuor cubitis alti, octo alii altitudine sex cubitorum: unus cæteris altior triginta cubitorum, supra quod erant animalia aurea quinque cubitorum, & in ambitu corona aurea in modum foliorum vitis.

Multa prætereo inaurata enormis magnitudinis.

In hac Jovis pompa alatæ sunt ter mille ducentæ coronæ aureæ: & supra omnes corona aurea octoginta cubitorum, quæ coronabat ostium templi Berenices.

Ægis aurea, plurimæ aliæ grandes coronæ aureæ à puellis gestatæ: ex hisce coronis una altitudine duorum cubitorum erat, ambitu autem sexdecim cubitorum.

Thorax aureus duodecim cubitorum, alter argenteus octodecim cubitorum, in quo duo fulmina erant duodecim cubitorum; corona aurea in modum foliorum quernorum, gemmis ornata; viginti clypei aurei, sexaginta quatuor armaturæ au-

trois coudées, douze bassins d'or, des phioles, des vases, des cruches; cinq tables couvertes de gobelets d'or, une corne d'or solide de trente coudées.

Quatre cent chariots chargés de vases & de pieces d'argent, vingt chariots chargés de vases d'or.

Avois-je raison de dire que quelques débris des richesses des Perses justifieroient ce que j'ai avancé qu'elles surpassoient tout ce qu'il y a aujourd'hui d'or en commerce dans le monde?

III. Nous en trouvons une autre énumeration, quoique moins considérable dans la pompe d'Antiochus Epiphanés rapportée par Athenée.

De vingt mille Macédoniens, plusieurs portoient des boucliers de cuivre, & quelques-uns des boucliers d'argent. De trois mille cavaliers pris d'Antioche, la plupart portoient des colliers d'or & des couronnes d'or.

Deux mille autres cavaliers portoient tous des colliers d'or.

Huit cent jeunes garçons avoient aussi chacun sa couronne d'or.

Mille jeunes garçons portoient chacun un vase d'argent dont le moindre pesoit mille drachmes.

Six cent autres jeunes garçons portoient chacun un vase d'or, & deux cent femmes chacune une urne d'or pour répandre des parfums.

Quatre-vingt femmes étoient portées sur des chaises dont les pieds étoient d'or, & cinq cent autres femmes sur des chaises dont les pieds étoient d'argent.

Cette pompe paroîtroit plus considérable, si elle n'étoit pas si près d'une autre qui efface tout.

IV. Un autre échantillon, s'il est permis de l'appeller ainsi, des richesses des Rois de Perse, paroît dans le triomphe de Paulus Æmilius qui subjugua la Macédoine. Plutarque qui en fait l'histoire, met sept cent cinquante vases pleins de monnoye d'argent, pesant chacun trois talens, & soixante-dix-sept vases de même poids pleins de monnoye d'or; & ne fait point le détail des coupes, tasses, phioles & autres vases d'or dont Persée se servoit, & qui furent portés en triomphe; mais il donne assez à entendre qu'il en raporta une

---

reæ integræ, ocreæ duæ aureæ trium cubitorum; duodecim disci aurei, phialæ, vasa, hydriæ: quinque mensæ cululliis aureis opertæ: cornu aureum solidum triginta cubitorum.

Quadringenti currus onusti vasis aliisque rebus argenteis; viginti currus onusti vasis aureis.

Num jure dixi ex reliquiis aliquot ex regni Persarum ruina emanatis probatum iri id quod superius dixi, nimirum aurum regis Persarum quidquid auri hodie in orbe ad commercium nationum prostat longe superare?

III. Enumerationem aliam, etsi hac minorem, reperimus in pompa Antiochi ab Atheneo allata.

Ex viginti mille Macedonibus maxima pars clypeos æneos, alii argenteos habebant. Ex tribus mille equitibus Antiochenis maxima pars torques aureos & coronas aureas gestabant.

Duo mille equites alii torques aureos omnes gestabant.

Octogenti pueri suam quisque coronam auream habebant.

Mille pueri vas argenteum singuli gestabant, quorum minimum mille drachmarum pondus habebat.

Sexcenti adolescentes vas aureum singuli ferebant, & ducentæ mulieres ducentas urnas aureas spargendis unguentis & aromatibus.

Octoginta mulieres in sellis gestabantur, quarum pedes aurei erant, & quingentæ aliæ in sellis quarum pedes erant argentei.

Hæc pompa magnificentior videretur, si non esset post aliam quæ omnia superat posita.

IV. Aliud specimen, si ita fas sit appellare, auri argentive Persici, ex triumpho Pauli Æmilii, qui Macedoniam subegit, petitur. Plutarchus, qui hujusce triumphi historiam texit, septingenta quinquaginta vasa commemorat nummis argenteis plena; vasa autem singula erant pondo trium talentorum. Itemque septuaginta septem vasa æqualis ponderis, aureis plena monetis, neque sigulatim enumerat crateres, pocula, phialas, cæteraque vasa aurea queis Perseus utebatur, quæque in triumphum sunt allata; sed satis indicat, ipsum immensam aurei vim inde

quantité ſurprennante d'or & d'argent, lorſqu'il dit que ces richeſſes étant ſuffiſantes pour les frais d'une République qui portoit la guerre dans toutes les parties du monde; on ne leva plus de cens ſur le peuple juſqu'au Conſulat d'Hirtius & de Penſa; c'eſt-à-dire, juſqu'à plus de ſix-vingt ans après. Ces richeſſes des Rois de Macédoine, venoient ſans doute des débris de la Monarchie des Perſes. Avant que Philippe pere d'Alexandre le Grand étendit les limites de ſon Royaume, la Macédoine étoit un pays fort pauvre. L'or y étoit ſi rare que Philippe lui-même cachoit toutes les nuits ſous le chevet de ſon lit, un vaſe d'or du poids de cinquante drachmes, c'eſt-à-dire de ſix onces, de peur qu'on ne le lui volât.

---

abſtuliſſe, cum ait tantum auri argentique fuiſſe, ut ſatis eſſet ad longiſſimum tempus ad ſumtus omnes reipublicæ illius, quæ bellum omnibus ferme orbis nationibus inferebat; ita ut cenſus non ultra haberetur in populo uſque ad conſulatum Hirtii & Panſæ, id eſt ad centum uſque & viginti annos ab illo tempore ductos. Hæ porro divitiæ regum Macedoniæ direptæ, regum Perſiæ theſaurorum pars haud dubie erant. Antequam Philippus Alexandri pater regni ſui fines dilataret, Macedonia regio erat pecuniæ inops. Aurum uſque adeo ibi rarum erat, ut ipſe Philippus ſingulis noctibus ſub pulvino lecti ſui vas aureum occultaret pondo quinquaginta drachmarum ſive unciarum ſex, ne ab aliquo furtim ebriperetur.



CHAPITRE

CHAPITRE QUATRIE'ME.

I. La plus grande partie de ces richeſſes paſſent aux Romains, & ſe répandent dans leur Empire. II. Luxe extraordinaire & richeſſes de quelques particuliers. III. Profuſions extraordinaires de quelques Empereurs. IV. Prodigieuſe quantité de monnoyes que les Empereurs frapperent.

I. VOilà une partie des débris de l'Empire des Perſes ; il ne paroit rien là des tréſors des Rois de Bithinie, du Pont, de la Galatie, de l'Arménie dont les Rois furent ſi riches, de la Cappadoce & de tant d'autres Pays qui faiſoient partie de ce grand Empire ; ſans compter qu'il en reſta encore beaucoup dans la Perſe & dans ces autres Provinces, qui n'ont jamais paſſé ſous la domination des Romains.

Rome pendant qu'elle fut renfermée dans ſes bornes, & avant qu'elle étendit ſes conquêtes hors de l'Italie, avoit une aſſez grande quantité d'or dans ſes épargnes, ou dans *l'ærarium publicum ;* mais elle ne commença à battre des monnoyes d'argent que l'an 485. de la fondation de Rome, cinq ans avant la premiere guerre Punique, Q. Ogulnius & C. Fabius étant Conſuls ; & des monnoyes d'or, que ſoixante-deux ans après. Tout ſon commerce ſe faiſoit avant en cuivre, & de là vient que le mot d'*æs*, qui étoit originairement l'unique matiere dont les Romains ſe ſervoient pour commercer, fut employé pour marquer les plus groſſes ſommes, depuis même qu'ils eurent introduit l'or & l'argent, & que les victoires remportées ſur toutes les nations, les eurent rendus maîtres de leurs richeſſes : on y vit en même-temps un grand nombre de particuliers faire des dépenſes que les plus grands Princes pourroient à peine ſoutenir. Ces richeſſes ne demeurerent pas toutes à Rome. Les proconſuls, les préteurs, les magiſtrats Romains qui gouvernoient les Provinces, & qui s'y établiſſoient même ſouvent, en emportoient avec eux. Les armées qu'il falloit entretenir obligeoient d'en tranſporter dans les Provinces.

Il n'y en avoit point où les troupes Romaines fuſſent & plus nombreuſes

---

CAPUT QUARTUM.

I. Harum divitiarum pars maxima ad Romanos tranſit, & per totum eorum imperium ſpargitur. II. Luxus ingens, & divitiæ immenſæ quorumdam III. Profuſi admodum ſumtus quorumdam Imperatorum. IV. Quam immenſam nummorum copiam Imperatores percuſſerint.

I. EN partem diſtracti ac diſperſi Regum Perſarum auri & argenti : nihil hîc comparet ex theſauris regum Bithyniæ, Ponti, Galatiæ, Armeniæ, cujus reges tam opulenti fuere, Cappadociæ, & aliarum regionum, quæ inter partes vaſtiſſimi illius Imperii computabantur. Neque dubitandum multum auri & argenti in Perſide manſiſſe, inque cæteris provinciis, quæ in Romanam ditionem nunquam tranſiere.

Roma quamdiu intra limites ſuos coacta fuit, & antequam imperium ſuum extra Italiam extenderet, ſat magnam auri vim in ærario ſuo habuit. Verum argenteos nummos nonniſi anno 485. à conditu urbis, annis quinque ante primum bellum Punicum cudere cœpit, Q. Ogulnio & C. Fabio Coſſ. Aureos autem nummos, annis poſtea ſexaginta duobus. Antea vero ænea ſolum materies in negotiis & uſibus publicis popularibuſque adhibebatur. Inde eſt quod vox illa *as*, quæ materia unica ad commercium primitus adhibebatur, ad maximas ſummas pecuniæ annotandas in uſu ſemper fuit, etiam poſtquam aurum & argentum in monetam converſa ſunt, & poſtquam ex partis ubique terrarum victoriis omnium pene opes ſunt adepti. Tunc multi inter privatos viſi ſunt, qui ſumtus edebant hujuſmodi, vix ut principes ac reges hodierni paria illis præſtare poſſent. Hæ porro opes, aurum & argentum, non Romæ omnes manſerunt. Proconſules enim, prætores, magiſtratuſque Romani, qui provincias regebant, in illiſque ſæpe ſedes conſtituebant, ſecum opes ſuas aſportabant. Exercitus in provinciis conſtituti ad hoſtes propulſandos, pecuniæ vim non modicam eo deferri cogebant.

Nulla erat provincia quæ plures & legiones, &

& plus permanantes que les Gaules. Les Germains, peuple feroce, & que leurs vastes forêts rendoient indomtables, lors même qu'ils étoient vaincus ; ces Germains, dis-je, faisoient continuellement des irruptions dans les Gaules. Il falloit toujours pour les brider de grands corps d'armée sur le Rhin & dans les Gaules. Cela faisoit que l'argent y rouloit plus que dans la plûpart des autres provinces de l'Empire Romain.

II. Toutes les autres parties de l'Empire Romain regorgeoient aussi d'or & d'argent. De-là vinrent ces depenses excessives, ce luxe introduit par les Romains, & imité par les autres nations, disent Philon dans son livre de la vie contemplative & Athénée, l. 6. p. 229. C'est à l'imitation des Romains, dit cet auteur, que Cléopatre, la derniere de ce nom, faisoit des festins d'une dépense prodigieuse, où à la fin du repas elle donnoit à chacun des convives des vases d'or & d'argent ; c'est ce qu'on appelloit apophoreta. Les richesses de plusieurs particuliers Romains ont été décrites par tant d'auteurs, que ce seroit peine perduë de répéter ici ce qu'ils ont ramassé. Ils nous ont étalé les trésors de Crassus, de Lucullus, de Cornelius Balbus, d'Esope le Tragique & de tant d'autres : & sous l'Empire Romain, les sommes extraordinaires de Cneius Lentulus Augure, d'Apicius, de Sextus Marius, de Volusius & d'un grand nombre de particuliers. Ils se sont étendus sur les biens immenses de plusieurs affranchis, comme Pallas, Narcisse & Calliste ; sur d'autres du plus bas étage & de la populace, qui pour la quantité d'or & d'argent le pouvoient disputer avec les plus riches d'entre les gens du premier rang.

III. Si l'on vient à jetter les yeux sur les profusions de certains Empereurs Romains, on verra Caligula, qui se rouloit sur des tas immenses d'or, dit Suetone chap. 46. *Novissimè contrectandæ pecuniæ cupidate incensus, sæpe super immensos aureorum acervos patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore volutatus est.* C'étoient des lieux vastes pleins de monnoye d'or à une hauteur extraordinaire, *immensos aureorum acervos* ; il aimoit à se promener les pieds nuds sur un tel parquet, il s'y couchoit & s'y rouloit, témoignant par-là l'amour qu'il portoit à ces richesses ; amour qui ne tendoit pas à leur conservation ; il les dissipoit follement ; en moins d'un an il prodigua plus

---

auxiliariorum copias expeteret, quam Galliæ. Ibi stationes exercituum perpetuæ. Germani quippe ferox natio, quam vastissimæ illæ sylvæ indomitam reddebant, etiam post acceptas clades; Germani, inquam perpetuo in Gallias irrumpebant. Quapropter copiarum numerus ingens requirebatur, quæ & Rheni oras & Gallias custodirent, atque Germanorum impetum reprimerent. Ideo ibi argentum aurumve signatum & pecuniæ ingens copia perpetuo transvehenda erat, & quidem plusquam in plerisque aliis imperii Romani provinciis.

II. Cæteræ quoque Romani Imperii partes auro, argento pecuniisque redundabant. Hinc illi profusi sumtus, luxusque ab ipsis Romanis inductus, quos æmulatæ sunt cæteræ nationes, inquiunt Philo de vita contemplativa, & Athenæus lib. 6. p. 229. Romanos æmulata, inquit Athenæus, Cleopatra hujus nominis postrema, magnis sumtibus convivia apparabat, & aurea argenteaque vasa convivis dabat asportanda, hæc porro vocabantur apophoreta. Romanorum perquam multorum opes immensæ à tot scriptoribus enarratæ fuere, ut ea repetere quæ illi collegerunt, illud sane esset actum agere. Thesauros illi nobis descripsere, Crassi, Luculli, Cornelii Balbi, Æsopi tragici & aliorum; & Imperatorum temporibus, summas ingentes Cneii Lentuli Auguris, Apicii, Sexti Marii, Volusii & privatorum complurium. Opes immensas libertorum quorumdam extulerunt, Pallantis nempe, Narcissi, Callisti, necnon aliorum ex infima plebe, qui opibus, auro, argento atque pecunia cum primoribus etiam opulentioribus contendere poterant.

III. Si hinc ad profusiones immensas quorumdam Romanorum Imperatorum oculos conjeceris, Caligulam videbis, super immensos auri acervos sese volutantem; Suetonius cap. 46. *Novissime contrectandæ pecuniæ cupiditate incensus, sæpe super immensos aureorum acervos patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore volutatus est*, qui aureorum nummorum amor, non ad tantum auri servandum movebat; sed hæc stulte dissipabat. Anno uno quidem absoluto centies millies dena millia nummorum

de cent millions d'écus en bagatelles, en travaux & entreprises de nulle utilité, en jettant, quand la fantaisie le prenoit, à pleines mains d'un lieu élevé son or sur les passans, & cela pendant plusieurs jours; en faisant des festins, où & le pain & tous les mets n'étoient que de l'or disposé en forme de pains & en forme de viandes.

Ce qui fait voir la quantité extraordinaire d'or & d'argent qu'il y avoit en ces temps là, c'est qu'après ces dissipations faites sans mesure, & après un regne fort court, c'étoit encore à recommencer sous les Empereurs suivans. Claude qui succéda à Caligula, fit des dépenses extraordinaires décrites par Tacite au livre 12. de ses Annalles, & par Pline 36. 13. Neron surpassa tous ceux qui l'avoient précedé; il dissipa en présens seuls, faits sans distinction ni mesure, deux fois plus que Caligula, sans compter les dépenses exorbitantes qu'il fit en bâtimens superbes, & entr'autres dans ce grand Palais qui occupoit une partie considérable de Rome, & qu'on appella la maison d'or, à cause de la grande quantité d'or qui y brilloit de toutes parts; sans y comprendre aussi les grandes sommes qu'il dépensa en fêtes, en courses publiques, en jeux, en chantres & joueurs d'instrumens.

Après Neron, Vitellius fit en huit mois de temps une dépense pour sa bouche seulement, qui paroit incroyable; il faisoit trois ou quatre repas par jour, dont chacun coutoit au moins, dit Suetone, *quadringenis millibus nummûm.* On ne convient pas de la quantité de cette somme; mais ne fût-ce que quatre cent mille livres, employées quatre fois par jour, cela fait une si énorme dépense, que Josephe a eu raison de dire, que s'il eût vécu plus long-temps, tout l'Empire Romain n'auroit pas suffi pour le nourrir. Il est pourtant vrai que les convives entroient un peu dans la dépense, ce qui leur devoit être fort à charge.

Après tout ce que nous venons de dire, je crois qu'on sera persuadé que ces trésors des Perses, passés depuis aux Grecs & ensuite aux Romains, surpassoient tout ce qu'il y a aujourd'hui d'or en commerce dans le monde. Nous allons voir comment presque tout cet or, aussi bien que l'argent & le cuivre, furent enfouis & rendus à la terre d'où ils étoient sortis.

---

profudit, dum res & opera nullius utilitatis curaret, ex edito loco aurum in obvios quosque effunderet, multisque diebus exercitium hujusmodi continuaret, conviviaque celebraret ubi omnia aurum essent panes & fercula, in ciborum modum formata.

Hinc autem demonstratur quam incredibilis, illo tempore fuerit auri argentique vis, quod post tam profusas, tam infanas expensas, & post imperii tempus brevissimum, sub Imperatoribus sequentibus, non minor luxus, non minor profusio observetur. Claudius qui Caligulæ successit ex profusis sumtibus insignitur ut describunt Tacitus Annalium 12. & Plinius 36. 13. Nero hac in re illos omnes qui se præcesserant superavit; in muneribus tantum, quæ ille sine ulla personarum distinctione & sine modo erogabat, duplo plura quam Caligula consumsit; neque iis comprehenduntur infinitæ illæ summæ quas in ædificiis consumsit, interque alia ingens illa domus quæ partem urbis Romæ non modicam occupabat, quamque domum auream vocabant, ob magnam auri vim, quæ ibi undique fulgebat: neque etiam in illis supra memoratis comprehendeban tur immensæ illæ summæ quas in celebritatibus, in decursionibus publicis, in ludis, musicorum turmis, citharœdis & tibicinibus, & in aliis hujusce generis impendit.

Post Neronem Vitellius octo mensium spatio, in conviviis & in mensa tantum, eam pecuniæ summam quotidie impendebat, quæ incredibilis prorsus esse videatur: tres vel quatuor, diebus singulis, epulas instruebat, sic enim ait Suetonius: *epulas trifariam semper, interdum etiam quadrifariam dispertiebat: in jentacula & prandia, & cœnas comissationesque ...... nec quiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt.* Non convenit inter auctores de hujusmodi summa, quanta nempe fuerit; sed etiam si non superassent epulæ singulæ quadringenta millia librarum Parisiensium hodiernarum, quæ ter vel quater in diebus singulis impensæ fuerint, tamen enormes hæc sumtus efficiunt, ut jure Josephus dixerit eum, si plus vixisset, ne à toto quidem Romano imperio ali potuisse. In his tamen tam profusis epulis convivæ quidpiam è suo conferebant, quamobrem iis admodum gravatos conviviis fuisse verisimile est.

Ex illis porro omnibus quæ hactenus diximus puto persuasum omnibus fore Persarum thesauros, qui hinc ad Græcos, postea ad Romanos transierunt, longe superare auri vim omnem quæ hodie in universo orbe ad commercium inter homines adhibetur. Modo videbimus, quomodo immensa illa vis auri & argenti in terram unde exierat iterum defossa fuerit.

IV. On frappa ſous Auguſte une quantité prodigieuſe de monnoyes d'or, d'argent & de cuivre. Les Empereurs ſuivans en battirent, les uns plus, les autres moins, juſqu'à Veſpaſien & ſes ſucceſſeurs, qui en frapperent une grande quantité; mais ſurtout ces cinq bons Empereurs, qui font comme le ſiecle d'or de la Monarchie Romaine, Nerva, Trajan, Hadrien, Antonin & M. Aurele. Du temps de Commode, qui dégénera de la vertu de ſon pere, on frappa auſſi beaucoup de monnoyes de tout métail.

IV. Imperante Auguſto prodigioſa vis nummorum percuſſa fuit in auro, argento & ære. Imperatores porro ſequentes alii plus, alii minus monetarum percuſſerunt, uſque ad Veſpaſianum ejuſque ſucceſſores, qui etiam multos percuſſere nummos: ſed pluſquam omnes alii quinque illi optimi Imperatores, qui quaſi aureum imperii ſæculum conſtituunt, Nerva nempe, Trajanus, Hadrianus, Antonius Pius & Marcus Aurelius Philoſophus. Commodi vero tempore, qui à virtute patris admodum degeneravit, multæ quoque in quolibet metallo percuſſæ ſunt monetæ.

CHAPITRE CINQUIE'ME.

I. Après la mort de Commode on enterra beaucoup d'or & d'argent. II. Alexandre Severe ayant été tué, outre l'or & l'argent, on enterra auſſi beaucoup de cuivre. III. Sous Gallien preſque tout l'or, l'argent & le cuivre mis en terre. IV. Depuis ces temps l'or & l'argent des mines & les tréſors trouvés entretenoient le commerce.

I. APrès la mort de Commode, l'Empire étant diviſé & dans le trouble par la multitude des competiteurs, & chacun craignant pour ſon argent, on en mit beaucoup en terre, dans les champs, & dans l'interieur des maiſons. Les eſpeces commencerent à diminuer; cela parut encore plus ſous Caracalla, où l'on mit beaucoup de billon dans les monnoyes d'argent: ce mélange ſe remarque dans les Empereurs ſuivans. Alexandre Severe, un des meilleurs Empereurs, rétablit un peu les choſes, & battit beaucoup de monnoyes d'or d'argent & de bronze, qui furent enterrées ou cachées peu de temps après ſa mort: de-là vient que les médailles de cet Empereur, qu'on déterre tous les jours, ſont pour la plûpart très-bien conſervées, ſurtout celles qui furent frappées aux dernieres années de ce Prince, comme ayant peu couru dans le commerce, & ayant été enterrées dès après la mort du Prince; ce que nous remarquons auſſi ſur les médailles de Gordien Romain & des Phi-

CAPUT QUINTUM.

I. Poſt mortem Commodi multum auri & argenti in terra conditum eſt II. Poſt Alexandri Severi necem cum auro & argento æris etiam multum occultatum fuit, vel in terra abſconditum. III. Sub Gallieno totum pene aurum, & argentum infoſſum eſt. IV. Ab hinc aurum & argentum ex aurifondinis & metallis eductum, & theſauri paſſim effoſſi, commercio adhibita.

I. POſt Commodi necem, cum imperium diviſum eſſet & competitorum exercitibus perturbatum, cum omnes rei pecuniariæ ſuæ timerent, aurum & argentum defoſſa paſſim ſunt, vel in penetralibus ædium occultata. Jam imminutus pecuniarum numerus fuit. Sub Caracalla autem jactura illa palam fuit, nam multum æris in nummis argenteis immixtum eſt: eadem permixtio in ſequentium principum nummis obſervatur, utique illa augebatur in dies. Sub Alexandro Severo, qui inter optimos principes connumeratur, res utcumque reſtitutæ fuiſſe videntur, multi conflati ſunt nummi aurei, argentei, ænei, qui poſt ejus necem, quod ad maximam partem in terra conditi fuerunt. Hinc fit ut hujus imperatoris nummi qui quotidie eruuntur ex terra, integri ſunt nec detriti, quia breviſſimo tempore ad commercium adhibiti, & poſt Alexandri Severi necem ſtatim occultati; pauciſſimo tempore in uſu fuerunt, ii maxime qui circa finem illius imperii conflati ſunt. Idipſum autem obſervatur in nummis Maximini, Gordiani pii, & Philippi ſenioris atque filii ſui, qui poſtremi multos percuſſere

lippes, qui en frapperent beaucoup, quoique les monnoyes de ces derniers ayent eu un peu plus de cours après leur mort, comme nous l'apprenons de la lettre de l'Empereur Valerien, que nous a conservée Vopisque dans la vie d'Aurelien. On trouve aisément des médailles ou monnoyes très-bien conservées de ces Empereurs; au lieu que quand on cherche des médailles de Trajan, d'Hadrien, des Antonins & de Commode, il en faut éxaminer des centaines pour en trouver une qui par sa conservation mérite d'entrer dans un médailler bien choisi; & cela parce que les monnoyes de ces Empereurs ont long-temps roulé dans le commerce.

II. Dès qu'Alexandre Severe eut été tué, l'Empire fut en combustion; on vit six Empereurs en l'espace de deux ans & demi; chacun enfouit son or & son argent, & même ses monnoyes de cuivre. Gordien le jeune & Philippe frapperent peu de monnoyes d'or, beaucoup de billon & de cuivre; ce billon se renforçoit tous les jours, en sorte que le cuivre paroit à travers d'une petite quantité d'argent. Après la mort de Philippe, l'Empire plus déchiré que jamais par les factions de ceux qui vouloient l'usurper, vit plusieurs Empereurs en peu d'années; on cachoit l'or, l'argent & le cuivre monnoyé; toutes ces matieres étoient rares; on dégradoit toujours l'argent par une quantité extraordinaire de billon; on coupoit le bord des grandes pieces de cuivre qui étoient assez grosses, & on se servoit de ces rognures pour en faire d'autres; en en sorte que ces plus grosses pieces, de rondes qu'elles étoient en sortant du balancier, devenoient quarrées, pentagones ou de figure irréguliere: c'est ce qu'on peut voir dans tous nos cabinets.

III. L'Empire Romain demeura en cet état jusqu'à Gallien: la forme & la rareté des monnoyes marquoit déja une grande décadence, mais l'Empire de Gallien fut plus agité de troubles qu'il ne l'avoit encore été, ce fut un bouleversement général: trente tyrans occupoient les meilleurs Provinces, chacun d'eux avoit son armée & ses troupes, qui ne vivoient que de pillage; personne n'étoit en sureté pour son bien ni pour son argent; presque tout fut enterré ou caché, le cuivre même devint rare. On frappa fort peu à Rome du

---

nummos. Philipporum tamen monetæ post eorum necem paulo majori copia in negotiis & commercio, etiam illis defunctis, adhibitæ fuere, ut edíscimus in Epistola Valeriani, quam refert Vospicus in Aureliani vita. Illorum Imperatorum nempe Alexandri Severi, Maximini, Gordiani, Philipporum nummi, optimæ, ut aiunt, conservationis ut plurimum sunt; contra vero cum ad musea exornanda nummi exquiruntur Trajani, Hadriani, Antoninorum & commodi, centeni explorandi nummi sunt, ut unus reperiatur non usu tritus & conservatus, ut aiunt, qui in serie Imperatorum apponi mereatur; idque ita evenit, quoniam horum imperatorum nummi per multos annos adhibiti in hominum infinitorum manus devenerunt.

II. Interfecto Alexandro Severo, ingens permixtio & perturbatio orbem invasit; intra unius & dimidii anni spatium sex visi sunt Imperatores. Tunc quisque aurum argentumque, imo & æs quoque signatum terræ commisit custodiendum. Gordianus junior atque Philippus, multas conflavere monetas, aureas non tam multas, argenteas & æneas innumeras; sed argenteæ tanto ære permixtæ; ut parva argenti materia æris fulgorem obruere nequeat. Post Philippi necem imperium undique perturbatum est, magni motus, magna rerum conversio fuit: dum imperium capessere tentant, brevi annorum decursu multi Imperatores visi sunt. Tunc recondita fuit magna vis auri, argenti ærisque signati. Materiæ illæ omnes perraræ fuerunt, argenti tantillum cum ære multo conflabatur in dies, majores ænei nummi decidebantur in oris, decisæ partes ad alios cudendos nummos adhibebantur; ita ut majores illi nummi ex rotundis, quadrati ut plurimum & pentagoni evaserint, aut aliam insolitam figuram susceperint. Id quod in museis omnibus observatur.

III. Imperium Romanum ad usque Gallienum illo in statu erat; ita ut ex monetarum forma, modo atque numero rerum miseram conditionem animadvertere possis. Tunc porro omnia sus deque versa sunt. Triginta tyranni optimas quasque Provincias occupabant: quisque tyrannus exercitum suum habebat, qui ex rapina & præda tantum victum parabant; bona pecuniæque privatorum in tuto collocari non poterant. Tunc omnia pene in terram immissa sunt. Æris quoque raritas observatur; in tam iniqua temporis conditione ænei illi

temps de Gallien de ces grosses pieces de cuivre, & celles qu'on frappa, sont la plûpart rognées au bord, comme nous disions ci-devant. L'argent fut plus altéré que jamais: Postume qui regnoit dans les Gaules battit de grandes monnoyes de cuivre; mais par la rareté des matieres la mode en cessa alors, on n'en fit plus depuis que de petites; l'argent devint si rare, qu'au lieu de ces monnoyes de billon, on se contentoit de tremper dans l'argent fondu des monnoyes de cuivre, avec cette légere teinture de blanc qu'elles prenoient, elles passoient pour monnoyes d'argent.

» descriptum, qui gyros & circumductos meatus » descripsit, quapropter ii qui videndi cupidi illo » intrarent, sæpe anxii quo procedere oporteret nesciebant. Hæc omnia cubicula, hi meatus ubi obscuritas omnimoda est, nec ejusdem magnitudinis nec ejusdem formæ sunt: quædam oblonga, » alia quadrata sunt, alia tres habent angulos. Eadem vero cautione me in hæc loca immisi, quam » Ariadna Theseo indicavit, cum in labyrinthum » Cretensem contra Minotaurum pugnaturus se » immisit, qui labyrinthus ad hujus labyrinthi » nec magnitudinem, nec meatuum varietatem pertingebat, ut infra videbitur. Funiculum enim » plus quam bis mille ulnis longum mecum assumseram, cum paleis in minutissimas partes divisis » quas per meatus illos spargerem facesque magno » numero, queis adjumentis à meatuum periculo me » exemi.

» Arabs quidam ferme octogenarius & viæ comes enarrabat se cum olim in hunc labyrinthum » intrasset, in subterraneis cubiculis ivisse, usquedum in magnam ceu plateam incideret apsidulis » multis circumdatam, quæ parvas tabernas referrent, indeque in alios meatus in aliaque cubicula » aditum esse, quorum finis nusquam reperiretur. » Unde concludebat ab illo tempore maximam partem aditum meatuumque ruinis oppletam & imperviam esse, nec spes est unquam hasce maceries amotum iri.





CHAPITRE SECOND.

I. La colomne de Pompée. II. On ne convient pas sur ses mesures. III. Colomne d'Alexandre Severe.

2. I. LA fameuse [2] colomne de Pompée est auprès d'Alexandrie : on ne sçait pour quelle raison elle porte le nom de Pompée ; je croirois volontiers que c'est par quelque erreur populaire. Plusieurs voyageurs en ont parlé, tous conviennent qu'elle est d'une grandeur énorme. Deux des plus modernes en ont donné le dessein & les mesures; mais ils different considérablement entre eux sur la hauteur du piedestal, de la colomne & du chapiteau : cependant tous deux disent qu'ils l'ont mesurée.

„ II. Pour ce qui est de la colomne, dit l'un, (c'est Corneille Brun p. 241.) „ elle est sur un piedestal quarré, haut de sept ou huit pieds & large de quatorze à chacune de ses faces. Ce piedestal est posé sur une base quarrée, „ haute d'environ un demi pied, & large de vingt, faite de plusieurs pierres „ maçonnées ensemble. Le corps de la colomne même n'est que d'une seule „ pierre, que quelques uns croyent être de granit ; d'autres disent que c'est „ une espece de pâte ou de ciment, qui avec le temps a pris la forme de pierre. „ Pour moi je crois que c'est une vraye pierre de taille, du moins autant que „ j'ai pu le reconnoître par l'épreuve que j'en ai faite. Et si cela est vrai, comme personne presque n'en doute, il y a sujet de s'étonner comment on a „ pu dresser une pierre de cette grandeur : car après l'avoir mesurée, j'ai trouvé qu'elle a quatre-vingt-dix pieds de haut, & que sa grosseur est telle, que „ six hommes peuvent à peine l'embrasser ; ce qui revient, selon la mesure „ que j'en ai prise, à trente-huit pieds. Au haut il y a un beau chapiteau proportionné à la grosseur de la colomne, mais fait d'une piéce séparée.

L'autre, qui est M. Paul Lucas, en parle en cette maniere : „ Un de mes „ premiers soins fut d'aller examiner la colomne de Pompée, qui est près d'Alexandrie du côté du couchant, & je crois qu'il seroit difficile de rien ajou-

---

CAPUT SECUNDUM.

I. Columna Pompeii. II. De ejus mensuris non convenit inter eos qui istac loca adierunt. III. Columna Alexandri Severi.

I. CEleberrima [2] illa Pompeii columna prope Alexandriam erigitur. Cur Pompeii columna vocetur, ignoratur. Libenter crederem hujusmodi denominationem ex populari errore manavisse. Ex peregrinantibus omnes enormis magnitudinis esse narrant. Duo recentiores & figuram & mensuras dederunt, at inter illos non convenit de stylobatæ, columnæ & capitelli magnitudine. Attamen ambo dicunt se mensuras excepisse.

» II. Quantum ad columnam, inquit Cornelius » Brunius p. 241. ea imposita est quadrato stylobate cujus altitudo est septem octove pedum, latera vero singulis in faciebus sunt quatuordecim » pedum. Stylobates autem ille quadratæ basi imponitur, altitudine dimidii pedis, ex lapidibus » plurimis structa basis est, longitudinis circumquaque viginti pedes habens. Columna ex uno » lapide est, plurimi putant ex marmore granito » esse, alii vero quasi cæmentum & compactam » materiam esse, quæ procedente tempore, formam » lapidis sumserit. Puto ego esse lapidem quantum » saltem experiri licuit. Quod si ita sit, id autem » nemo hodie in dubium vocat ; plane mirum quo » pacto tantum lapidem erigere potuerint. Nam » cum mensuram duxissem, nonaginta pedes altitudinis habere comperi, tantaque ejus est spissitudo, ut sex viri simul vix illam amplecti possint, id quod ad mensuram à me sumtam reducitur, circuitus enim ejus est triginta & octo pedum. In culmine capitellum est ex uno lapide secundum columnæ proportionem.

Alius, nempe Paulus Lucas, columnam sic describit. » Ubi primum potui columnam Pompeii » adii, quæ prope Alexandriam est versus occidentem. Difficile autem esset ejus mensuras

„ ter à l'éxactitude avec laquelle je l'ai mesurée. La curiosité du public sera „ sans doute satisfaite du dessein que je lui en donne & de toutes ses dimen- „ sions. Cette colomne a précisément 94. pieds de hauteur, y compris son „ piedestal & son chapiteau. Le piedestal en a 14. & 1828. pieds cubes. Le „ chapiteau en a 9. de haut & 485. pieds cubes. La colomne 69. & 3347. „ pieds cubes. Le tout ensemble fait 5663. pieds cubes mesure de Paris. Tout „ ce grand poids est planté & supporté par un pivot de cinq pieds en quarré, „ comme l'on voit dans la figure. Ce pivot est environné de pierres, qu'on „ pourroit aisément ôter, sans que la colomne courût aucun danger de tom- „ ber.

Comment accorder ces mesures? Tous les deux ont mesuré; l'un trouve au fust de la colomne quatre-vingt-dix pieds, l'autre soixante-neuf. Si la supputation totale de 94. pieds pour le piedestal, la colomne & le chapiteau est exacte, il devoit mettre 71. pieds pour la colomne seule, puisqu'il n'ôte que quatorze pieds pour le piedestal, & neuf pour le chapiteau, qui font vingt-trois, & sur 94. reste 71. mais il n'y a pas regardé de si près. On ne peut pas dire, pour accorder les deux, que le Brun s'est servi des pieds de Hollande pour mesurer, & M. Paul Lucas des pieds de France un peu plus grands, car la disproportion n'est pas assez grande pour aller de 90. à 69. Et de plus, Lucas donne quatorze pieds au piedestal, & le Brun ne lui en donne que sept ou huit; voilà qui differe de la moitié. Il faut attendre que quelque autre nous éclaircisse tant sur la colomne que sur le pivot, qui me fait, je l'avouë, quelque peine.

III. Le P. du [3] Bernat Jésuite au second tome de ses mémoires sur les missions p. 247. dit qu'à la ville d'Antinoé, que les Arabes appellent aujourd'hui Ansiné, à 52. lieuës du Caire, il y a une colomne isolée sur un piedestal, où est gravée une inscription Grecque, qui nous apprend que la colomne a été érigée en l'honneur d'Alexandre Severe. Cette colomne, dit-il, est de pierres, d'ordre Corinthien: son fust a trente & un pied & demi de hauteur, le diamétre à proportion. Elle est en cinq pieces: la premiere piece est embellie de feuil- 3.

» accuratius ducere, quam ego sumsi. Spero lec- » tori me pergratum facturum esse, si omnes uti » sunt dimensiones statuam. Hæc columna nona- » ginta quatuor pedes altitudinis habet, si sty- » lobaten & capitellum simul complectaris. Stylo- » bates quatuordecim pedes altitudinis & 1828. » pedes cubicos habet. Capitellum est altitudinis » pedum novem, & 485. pedes cubicos habet. Co- » lumna sexaginta novem pedum est, habetque » 3347. pedes cubicos parisinos: Immane totum » illud pondus cardine nititur quadrato, quinque » pedes circumquaque habente, ut in schemate cons- » picitur. Cardo autem ille lapidibus undique ob- » tuitur, qui facile possent amoveri sine ullo pro » columna periculo.

Hæ mensuræ à duobus sumtæ quadrare simul omnino nequeunt. Ambo mensuras accurate ceperunt, alius columnam solam ait esse altitudine pedum nonaginta, alius sexaginta novem tantum ipsi pedes tribuit. Qui postremus si totam supputationem pedum nonaginta quatuor, quam, inquit, simul habent stylobates, columna & capitellum accurata sit, pedes septuaginta & unum pro columna sola ponere debuit, quandoquidem quatuordecim solum pro stylobate, novemque pro capitello pedes amovet, nempe 23. atque ex nonaginta quatuor, septuaginta & unus supersunt. Sed rem ille non cum tanto scrupulo tractavit. Neque dici potest ut amborum concilientur opiniones, Brunium Batavicos pedes ad mensuram adhibuisse, Lucam vero Paulum pedes Gallicos illis majores: neque enim tanta inter illos differentia est, ut à nonaginta ad sexaginta novem eatur. Ad hæc Lucas stylobaten ait esse quatuordecim pedum, Brunius vero septem vel octo pedum, & media sui parte minorem exhibet. Expectandum est donec alius litem dirimat mensurasque columnæ diligenter accurateque describat, & de cardine, quem me non satis capere fateor, certiores faciat.

III. R. P. du Bernat Jesuita [3] in secundo de Missionibus tomo p. 247. narrat in urbe Antinoe dicta, quam Arabes vocant *Ansine*, centensimo circiter & sexagesimo ab urbe Cairo milliari, columnam esse unicam stylobati impositam, cum inscriptione Græca qua docemur erectam colomnam fuisse in honorem Alexandri Severi Imperatoris. Hæc columna, inquit, ordinis est Corinthii, columna sola pedes habet trigenta & unum cum dimidio, diametrum autem huic mensuræ consonat. Columna ex quinque lapidibus constat; primus vero lapis in-

lages de chêne; ces feuilles qui montent à certaine hauteur au bas du fust de la colomne, sont fort à remarquer. Il y en avoit de même aux colomnes du temple de Diane d'Ephese, représenté sur un médaillon du Roi, que nous avons donné à la pl. IV. du second tome de ce supplément. J'en ai encore observé au baptistaire de Constantin à Rome, où les colomnes qui sont de porphyre, ont cet ornement. Nous donnons ici la colomne telle que l'a donnée le P. du Bernat. Elle a encore cela de particulier, que sur le chapitau s'éleve un autre bout de colomne plus petite. L'inscription est telle.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΜΑΡΚΩΙ ΑΥΡΗΛΙΩΙ.
ΣΕΟΥΗΡΩΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΩΙ
ΕΥΣΕΒΕΙ ΕΥΤΥΧΕΙ
. . . .
. . . ΤΙΝΟΕΩΝ ΝΕΩΝ
ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΥΟ
ΝΤΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΥ . . . .
. . . ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
. . . .
ΕΠΙ ΤΩΝ ΣΤΕΜΜΑΤΩΝ
ΚΑΙΟΣ ΧΡΗΜΑ . . . . .

c'est-à-dire,

A la bonne Fortune. A l'Empereur
César Marc Aurele Severe Alexandre
Le pieux & l'heureux
Ceux d'Antinoé nouveaux Grecs
Ont dressé ce monument
Sous le gouvernement d'Aurele. . . . . .

---

ferne foliis quernis exornatur. Quæ folia usque ad certam columnæ altitudinem pertingentia summopere observanda sunt. Erant folia similia in columnis templi Dianæ Ephesiæ, quod in nummo quodam Regio repræsentatur: vide in tab. quarta secundi hujusce Supplementi tomi. Hujuscemodi quoque folia imis columnis addita observavi etiam in baptisterio Constantini Romæ, ubi columnæ porphyreticæ sunt. Columnam hic proferimus qualem dedit R. P. du Bernat. Illud autem in hac columna singulare observatur, quod supra capitellum minoris alterius columnæ quasi truncus erigatur. Inscriptio est hujusmodi.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΜΑΡΚΩΙ ΑΥΡΗΛΙΩΙ
ΣΕΟΥΗΡΩΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΩΙ
ΕΥΣΕΒΕΙ ΕΥΤΥΧΕΙ
. . . .
. . . ΤΙΝΟΕΩΝ ΝΕΩΝ
ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΥΟ
ΝΤΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΥ . . . .
. . . ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
. . . .
ΕΠΙ ΤΩΝ ΣΤΕΜΜΑΤΩΝ
ΚΑΙΟΣ ΧΡΗΜΑ . . . . .

Id est: *Bonæ Fortunæ. Imperatori Cæsari Marco Aurelio Severo Alexandro pio felici . . . . Antinoensium novorum Græcorum cum Prytanis esset Aurelius . . . . & Appollonius.*



CHAPITRE TROISIÉME.

I. Porte de Fano. II. Porte d'Ephese. III. Autre porte d'Ephese.

I. LA porte de Fano, ville de l'Etat Ecclésiastique sur le golphe de Venise, n'est pas aujourdhui aussi entiere ni en aussi bon état que nous la représentons d'après le manuscrit de Boissard p. 479. Elle peut avoir place entre les plus belles portes antiques. Bâtie du temps d'Auguste, comme l'inscription le porte, elle a double rang d'architecture. Le bas a une grande porte ornée de pilastres, & une autre plus petite porte de chaque côté. Sur l'entablement de la porte, il y a sept arcades soutenuës sur des pilastres d'ordre Corinthien. On y voit trois inscriptions : celle du milieu qui a été mise au temps que la porte fut construite, dit que César Auguste fils (adoptif) de Jules, Souverain Pontife, Consul pour la treiziéme fois, Tribun du peuple pour la trente-uniéme fois, *Imperator* pour la vingt-sixiéme fois, pere de la patrie, a fait bâtir ce mur. Ces notes marquent l'an de la fondation de Rome 762. & l'an 9. de Jesus-Christ. Au-dessus des sept arcades on voit une autre inscription DIVO AVGVSTO PIO CONSTANTINO PATRI DOMINORVM. Le mot DIVO marque que l'inscription a été mise en l'honneur de Constantin après sa mort, sous l'Empire de ses enfans, environ l'an 340. de Jesus-Christ. Une autre inscription plus basse & au-dessous de la porte, marque que l'inscription, & peut-être aussi l'ouvrage, a été reparé par les soins de Lucius Turcius Secundus Asterius fils d'Apronien Préfet de la ville, Correcteur de la voye Flaminie & du pays appellé Picenum. D'habiles gens se sont ici trompés, croyant que cette inscription se devoit rapporter au temps d'Auguste, qui selon l'inscription du milieu a été le fondateur des murs de Fano : mais elle se doit rapporter au temps de Constantin & de ses enfans. Ce Turcius Secundus vivoit sous ces Empereurs & d'ailleurs le nom de Correcteurs de Provinces ne se trouve guére que vers le troisiéme & le quatriéme siécle & dans les suivans. Ces Correcteurs sous les Consuls veilloient au bon ordre dans les Provinces, & avoient soin des bâtimens publics. Pl. LIII.

CAPUT TERTIUM.

I. Porta Fani Fortunæ urbis. II. Ephesi. III. Alia Ephesi porta.

I. PОrta Fani fortunæ, quæ urbs est Pontificiæ ditionis ad mare Hadriaticum, non ita integra omnibusque numeris perfecta hodie est, ut illam representamus post Boissardum in manuscripto suo p. 479. Potest autem illa inter elegantiores portas antiquas locari. Augusti tempore structa, ut in aliqua ex inscriptionibus fertur, duplici est architectonices ordine concinnata. Inferiore in ordine magna porta conspicitur parastatis ornata, & in utroque hujus latere aliæ duæ minores portæ. Supra portæ tabulatum septem arcus sunt, nixi parastis ordinis Corinthii. Tres ibi inscriptiones conspiciuntur : quæ in medio est posita fuit quo tempore porta exædificata est, & sic legitur : IMPERATOR CAESAR DIVI FILIVS AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS COS. XIII TRIBVNITIA POTESTATE XXXI IMPERATOR XXVI. PATER PATRIAE MVRVM DEDIT. Hæ porro Consulatus Tribunitiæque potestatis notæ annum significant à Roma condita 762. ab incarnato Christo nonum. Altera inscriptio sic habet. DIVO AVGVSTO PIO CONSTANTINO PATRI DOMINORVM. Vox autem DIVO significat inscriptionem in honorem Constantini magni positam fuisse post ejus obitum, imperantibus ipsius filiis, anno circiter trecentesimo quadragesimo à Christi ortu. Alia inscriptio in infimo posita gradu supra portam sic legi debet. CVRANTE LVCIO TVRCIO SECVNDO APRONIANI PRAEFECTI VRBIS FILIO ASTERIO VIRO CLARISSIMO CORECTORI FLAMINIAE ET PICENI. Hic hallucinati sunt viri quidam eruditi putantes hanc inscriptionem Augusti temporibus esse adscribendam, qui secundum inscriptionem in medio positam murorum Fani fundator fuerat. Sed referenda est ad Constantini ejusque filiorum tempus. Turcius hisce Imperantibus vixit, & alioquin Correctores illi Provinciarum non comparent ante sæcula tertium & quartum & sequentia. Correctores autem illi sub Consulibus rerum ordini advigilabant, ædificiaque publica curabant.

Pl. LIV. II. La porte d'Ephese qu'on voit la premiere dans la planche suivante, n'a point de ceintre, il faut qu'on l'ait enlevé : l'imposte des pilastres qui le soutenoit est vuide, & marque qu'il y a été autrefois. Cette porte s'appelle, dit M. de Tournefort, *de la persécution :* elle a à chaque côté une tour quarrée pour la défendre. Il y a trois bas reliefs encastrés sur son ceintre, qui y ont été transportés d'ailleurs, tirés sans doute d'anciennes masures; ils n'ont aucun rapport l'un avec l'autre. Le premier représente un jeu de petits Bacchans & de Cupidons, qui paroit de fort bon goût. Ils jouent entre des ceps de vigne, peut-être font-ils les vendanges telles que nous les avons vuës au premier tome de ce supplément pl. LXII. Le second bas relief montre quelque expédition militaire, & présente d'abord une femme assise sur un belier, à demi nuë, qui semble pleurer son infortune. Auprès d'elle sont quelques hommes, un entr'autres vêtu en soldat, un autre nud, qui paroît avoir les mains liées derriere le dos. Après lui vient un autre homme en habit militaire, qui paroît aussi avoir les mains liées derriere le dos. Au milieu du bas relief un homme aussi en habit militaire, qui porte la chlamyde & a l'épée au côté, chose rare dans les anciens marbres : celui-ci, dis-je, a tout l'air d'être le chef & le commandant des autres. Il a, je ne sçai pourquoi, son casque à ses pieds. Une femme voilée en matrone & en posture de suppliante, lui demande quelque chose; peut-être prie-t-elle qu'on cesse d'insulter au corps de son fils ou de son mari, qu'un soldat traine par les pieds. Il semble que ce bas relief soit pour exprimer quelque victoire. Le troisiéme bas relief exprime des funerailles: le corps d'un homme étendu tout nud, une femme assise qui paroît être sa femme, qui a à ses genoux un petit enfant, & quelques autres personnes qui paroissent être la tristesse.

III. L'autre porte d'Ephese à demi ruïnée a cela de remarquable, que son ceintre a plus d'un demi cercle. Elle est fort large, & n'a point les proportions ordinaires des portes. On y voit cette inscription Latine mutilée, & qui ne fait aucun sens. ACCENSO RENSI ET ASIAE.

Ephesi porta quæ in tabula sequenti prima comparet, primum inferiorem lapidum ordinem in arcu non habet, qui totus ordo lapidum avulsus ablatusque fuit. Incumba parastatis imposita hoc loco vacua est, quo probatur primum illum lapidum ordinem principio ibi positum, ablatum fuisse. Hæc porta, inquit D. de Tournefort, *persecutionis* vocatur. In utroque latere turris est quadrata, quæ portam impugnantes abigere possit. In supremo ædificio tria anaglypha sunt una serie posita & aliunde huc translata exque ruderibus educta : nihil autem illa affinitatis inter se habent. Primum anaglyphum ludum exhibet tenellorum Bacchantium atque Cupidinum, qui doctam artificis manum olent : inter palmites autem pampineos ludunt, & fortasse vindemiam peragunt, qualem vidimus in primo hujus Supplementi tomo tab. LXII. Secundum anaglyphum expeditionem aliquam militarem exhibet, & statim ostendit seminudam mulierem arieti insidentem, quæ fortunam deplorare suam videtur. Prope illam quidam viri sunt : unus militari habitu, alter nudus, qui manus à tergo ligatas habere videtur. Hinc alius vir militari veste, qui videtur etiam manus à tergo ligatas habere. In medio anaglypho vir etiam militari veste chlamydem gestans, gladium que ad latus habens, quæ res in antiquis marmoribus perrara est; hic inquam, videtur prorsus esse dux princepsque turmæ. Galeam nescio quare ad pedes positam habeat. Mulier quædam velata matronæ speciem præferens, supplex aliquid ab illo petit. Forsitanque rogat finis imponatur injuriæ cadaveri filii aut conjugis sui illatæ, quod cadaver à pedibus trahit miles quispiam. Hoc anaglyphum victoriam aliquam repræsentare videtur. Tertium anaglyphum funera quæpiam exprimit, corpus viri extensi nudi, mulierem sedentem, quæ uxor esse illius videtur, in cujus genibus puerulus est, aliique etiam quidam luctûs speciem præ se ferentes.

Alia Ephesia porta semiruta hoc singularissimum habet quod arcus plusquam mediam circuli partem exprimat. Latissima autem illa est, neque proportiones solitas, quæ in portis conspiciuntur præ se fert. Hæc ibi inscriptio Latina comparet, quæ hic jacet nihil prorsus significat, ACCENSO RENSI ET ASIAE.

CHAPITRE


PORTE DE FANO



Boissard Ms.

PORTES







79

M.r de Tou

D'EPHESE





efort

CHAPITRE QUATRIE'ME.

I. Ruïnes d'Antinoé. II. Porte de cette ville. III. Autre porte de la même ville. IV. Portique d'Archemounain.

I. Le Pere du Bernat Jésuite nous fait la déscription des ruïnes d'Antinoé ville d'Egypte, qui donne une grande idée de son ancienne magnificence. J'avertis ici que les numero des portes ne seront peut-être pas marqués dans le même ordre qu'on les décrit ici; mais on les reconnoîtra assez sur la planche par la description même.

„ La ville est quarrée, dit le P. du Bernat, elle n'a de diamétre qu'environ „ deux mille pas communs. Deux grandes & longues ruës qui se croisent par „ le milieu, & qui vont toutes deux d'une extrémité de la ville à l'autre, en „ forment la figure. Ces deux ruës croisées ont de largeur dix-huit pas ou quarante-cinq pieds de Roi, & vous conduisent à quatre grandes portes de la „ ville. Outre ces deux grandes ruës qui la partagent en quatre parties égales, „ il y en a plusieurs autres de traverse moins larges, mais aussi longues, toutes tirées au cordeau, & placées d'espace en espace pour donner aux maisons „ des issuës commodes. C'est ce qu'il est aisé de reconnoître par les vestiges qui „ en restent.

„ Les deux grandes ruës & les autres de traverse avoient toutes de chaque „ côté leur petite gallerie de cinq à six pieds de large, & de la longueur de „ leur ruë. Ces petites galleries étoient voutées. Leurs voutes étoient appuyées „ d'un côté sur des colomnes de pierre, d'ordre Corinthien, très délicatement „ travaillées, & étoient posées de l'autre sur le toit des maisons, que l'art „ avoit construites exprès.

„ Les voutes des galleries des deux grandes ruës, plus larges que celles des „ ruës de traverse, étoient soûtenuës par plus de mille colomnes rangées sur „ la même ligne: ce qui devoit faire un spectacle aussi agréable aux yeux que „ magnifique. On peut dire que cette ville étoit un continuel peristyle; d'où „ l'on peut juger que l'Empereur Adrien avoit eu autant d'égard à la commodité des citoyens, qu'à la magnificence d'un monument qu'il vouloit

---

CAPUT QUARTUM.

I. Antinoes rudera. II. Istius urbis porta. III. Alia ejusdem urbis porta. IV. Porta Archemounani.

I. R. P. du Bernat Jesuita descriptionem nobis offert ruderum Antinoes Ægypti urbis, quæ magnificentissimam olim eam urbem fuisse significant.

» Urbs quadrata est, inquit, ejus diametrum est » bis mille circiter passuum vulgarium non geometricorum. Duo vici grandes & longi sese in medio » decussantes, qui ambo totam longitudinem urbis » occupant, ipsi formam indunt. Hi decussati vici » octodecim passibus, seu quadraginta quinque » regiis pedibus lati sunt, & ad quatuor illas magnas » urbis portas ducunt. Præter ambos illos grandes vicos, qui urbem in quatuor æquales partes dividunt, plurimi alii sunt minus lati, sed paris longitudinis, omnesque ad funiculum recti, & certo » spatio invicem distantes, ut opportuni ædium exitus essent. Hæc in ipsis ruderibus perfacile internoscuntur.

» Duo illi majores vici, necnon alii minores porticus utrinque habebant latitudine quinque sexve » pedum, & longitudine quanta vicorum erat longitudo. Fornicibus instructæ porticus erant, & » qua vicum respiciebant columnis lapideis ordine » Corinthio nitebantur affabre elaboratis, ab altero » autem latere ædium tectis ita, ad sustentandum » compositis, incumbebant. Fornices porticuum qui » in duobus vicis majoribus visebantur latiores erant, » iis qui in vicis minoribus, & plusquam mille co- » lumnis eadem linea positis nitebantur; id quod » sane spectaculum magnificum simul & jucundum » oculis offerebat. Jure dicatur hanc urbem fuisse » peristylium perpetuum: unde inferatur Hadrianum » Imperatorem non minus civium commodum in » animo habuisse, quam magnificentiam monumen-

„ laisser à la posterité ; car par le moyen de ces galleries, qui ornoient toutes „ les ruës, on alloit dans tous les quartiers de la ville à couvert des ardeurs du „ soleil & des autres injures de l'air. De toutes ces voutes, & de ce nombre „ prodigieux de colomnes qui les soûtenoient, il n'en reste aujourd'hui que des „ morceaux çà & là, & qui servent seulement de témoins de ce qu'elles étoient „ autrefois.

„ Pour ce qui est des quatre grandes portes de la ville, dont j'ai parlé, cel„ les qui étoient au septentrion & au levant, sont ruïnées à n'être plus recon„ noissables par leurs formes : les deux autres du côté du midi & du couchant „ sont assez entieres. J'en ai dressé un plan élevé très-éxact, pour mieux faire „ entendre la description que j'en fais.

PL. LV. 1. „ II. La porte qui est au midi, & qui est représentée [1] par la figure suivan„ te, est une espece d'arc de triomphe qui a trois grandes portes voutées. La „ porte du milieu a environ vingt-deux pieds de Roi de largeur, & quarante „ de hauteur. Elle se fermoit par deux grands battans de bois couverts de fer, „ qui ont été dans la suite des temps transportés au Caire pour y fermer une „ voute, qu'on appelle *Ba Ezzouaile*, proche le Palais du grand Prévôt. Les „ deux portes qui sont aux côtés de la plus grande, qui est au milieu, ont en„ viron vingt-quatre pieds de haut sur dix ou douze de large. Elles ont au dessus „ d'elles une ouverture quarrée, moins grande que les deux portes qui sont au„ dessous.

„ La largeur de tout cet édifice est d'environ soixante-six pieds, l'épaisseur „ de quinze ou vingt, la hauteur de quarante-cinq. Les deux façades sont „ enrichies de huit pilastres Corinthiens en bas relief, cannelés depuis le mi„ lieu jusqu'à leur base. La saillie des angles de leurs chapiteaux est si grande, „ qu'elle a donné occasion aux Maures d'appeller cette porte *abou el queroum*, „ c'est-à-dire *la porte des cornes*.

„ Vis-à-vis de ces huit pilastres, & à cinq ou six pas de là, huit colomnes „ Corinthiennes de pierre blanche avoient été élevées de quatre pieds de fust. * „ Chaque fust étoit de cinq pieces égales, & cannelées depuis le bas jusqu'au „ milieu. Le temps a respecté les deux colomnes posées sur leurs piedestaux,

* *Il y a une faute d'impression dans l'original.*

„ ti ad posteros transmittendi. Hæ namque porticus „ quæ urbem exornabant, umbram præbebant euntibus per urbem ; ita ut ad quamcumque urbis partem contenderes, & à radiis solaribus, & ab aliis „ aereis importunitatibus tectus ambulares. Ex hisce „ porro fornicibus & ex prodigioso illo columnarum numero nil nisi fragmenta & rudera hinc & „ inde conspicias pristini tamen decoris testes.

„ Quod spectat autem grandiores illas urbis portas quas superius memoravi, ea quæ versus septentrionem, itemque ea quæ versus orientem „ erat ita solo pene æquatæ sunt, ut ne formam quidem illarum ultra possis internoscere. Duæ autem „ reliquæ ad meridiem & ad occidentem spectantes, „ integræ ferme sunt ; ita ut orthographiam delineare „ potuerim, qua quivis descriptionem earum facilius „ intelligere possit.

„ Porta illa quæ [1] ad meridiem respicit, quæque „ in tabula sequenti repræsentatur, est quasi triumphalis arcus, in quo tres amplæ sunt portæ fornicibus instructæ. Media autem porta latitudine viginti duos regios pedes habet, altitudine quadraginta. Duabus porro ligneis foribus ferro opertis claudebatur, quæ inferiori ævo Cairum translatæ sunt, „ ut fornicem quemdam obstruerent, dictum *Bab* „ *Ezzouaile*, prope ædes magni Præpositi. Ambæ vero portæ à lateribus altitudinem habent viginti„ quatuor circiter pedum, latitudinem decem vel „ duodecim pedum ; supra illas autem minores januas visitur ceu fenestra quædam quadrata, quæ „ altitudine portas inferius positas non exæquat.

„ Totius porro ædificii latitudo est sexaginta sex „ circiter pedum, profunditas autem quindecim aut „ viginti, altitudo quadraginta quinque. Duæ facies octo parastatis Corinthiis exornantur, à medio ad basim usque striatis. Capitellorum anguli „ usque adeo erumpunt & extenduntur, ut hinc „ occasionne sumta Arabes seu Mauri illam portam „ vocaverint, *abou el queroum*, sive portam cornuum.

„ E regione illarum octo parastatarum, quinque „ sexve passibus intercedentibus, octo columnæ erant „ Corinthiæ ex candido lapide erectæ, quatuor pedibus columna sola alta erat. Unaquæque columna ex quinque lapidibus erat, striataque ab ima „ parte adusque medium. A temporum injuria il„ læsæ manserunt duæ columnæ stylobatis suis insi-



Le P.


2



Le P. du Bernat











Le P. du Bernat



„ marqués A & B, qui regardent la ville. Les deux autres marquées C & D „ sont plus de moitie détruites. Pour ce qui est de celles qui regardent la cam- „ pagne, & qui sont marquées E, F, G & H, on ne voit pas même les „ ruïnes.

„ III. La porte du couchant, [2] dont l'on voit l'architecture ci-jointe, est 2
„ aussi entiere que celle du midi, mais bien plus massive & d'un goût diffé- „ rent. Elle a pareillement trois portes, ou trois grands passages voutés. La „ voute du milieu est de seize pieds de large, & d'environ vingt pieds de „ haut. Les deux autres ont moitié moins d'élevation & de largeur. Il y a pa- „ reillement au-dessus des trois portes voutées, trois grandes ouvertures quar- „ rées, qui font une espece de plateforme : celle du milieu est beaucoup plus „ grande que les deux autres ; on y monte par deux escaliers d'environ 50. „ marches, pratiqués dans l'épaisseur des murs des deux côtés. Ce monu- „ ment entier a environ cinquante pieds de façade, trente-cinq de hauteur, „ & quarante-cinq de profondeur. Les gens du pays le nomment *Qualaa*, c'est- „ à-dire château, parce que c'est un bâtiment solide.

„ A quelques pas de cette grande porte de la ville, qui est au couchant, „ comme j'ai déja dit, on rencontre un superbe portail, qui fait l'entrée d'une „ cour de trente ou quarante pas en quarré, fermée de hautes & fortes mu- „ railles crenelées, avec un degré taillé dans le mur à côté du portail. Ce portail „ paroît avoir été construit pour y poser un corps de garde. Les Arabes don- „ nent à ce portail & à cette grande cour, le même nom qu'ils donnent au por- „ tique d'Archemounain; sçavoir, *Melab Elbenat*, c'est-à-dire, maison de plai- „ sance des Princesses.

IV. Le P. du Bernat donne dans le même tome p. 208. la description & la figure du portique d'Archemounain. L'une & l'autre meritent d'avoir place ici.

„ Après avoir parcouru, dit-il, les débris de plusieurs [3] de ces Palais, je fus 3
„ frappé de loin par la majesté d'un portique à douze colomnes. J'en appro- „ chai de plus près ; je trouvai le travail magnifique, délicat & si entier, que „ quoique sa construction ait été faite pendant le regne des Pharaons & avant „ les conquêtes de Cambyse Roi des Perses, il semble cependant que les ou-

---

» stentes A & B quæ urbem respiciunt. Duæ aliæ » C & D plusquam media sui parte sunt dirutæ. » Earum vero quæ agros respiciunt, quæque E. F. » G. H. notantur, ne rudera quidem comparent.

» III. Porta occidentalis [2] cujus hic structura » cernitur, perinde integra est atque meridionalis; » sed longe densior, & diversæ omnino structuræ. » Habet & illa tres portas, sive tres magnos exitus » fornicibus instructos; fornix medius est latitudine » pedum sexdecim, altitudine autem vigenti. Duæ » aliæ portæ dimidiam solum partem ejus altitudinis » latitudinisque habent. Supra tres illas portas, tres » hic quoque ceu fenestræ observantur, quæ qua- » dratæ sunt. Quæ in medio est cæteras magnitudine » superat; eo ascenditur per scalas duas, quarum » quælibet quinquaginta circiter gradus habet in mu- » ris ipsis concinnatos. Hoc monumentum integrum » quinquaginta circiter pedes longitudine habet, » altitudine triginta quinque, profunditate quadra- » gintaquinque. Hanc vicini vocant *Qualaa*, id est » arcem, quia ædificium solidum firmumque est.

» Haud procul ab illa porta urbis, quæ ad occi- » dentem respicit, ut jam dixi, magnificentissimum » ostium occurrit, quo intratur in ædificium qua- » dratum; cujus latitudo quaqua versum est triginta » vel quadraginta passuum, altissimis firmissimisque » muris cinctum cum pinnis superne positis; scala » autem versus ostium in muro ipso, ut supra di- » cebamus, adornata fuit. Ostium autem constructum » fuisse ad custodiam videtur. Arabes & ædificio & » ostio idem ipsum nomen dant, quo porticui de » Archemounain dicto scilicet, *Melab Villa elbenat*, » id est, *Villa Principum mulierum*.

IV. Eodem tomo p. 208. R. P. du Bernat, descriptionem & schema porticus dictæ de Archemounain exhibet. Utrumque hîc apponere visum est.

» Postquam, inquit, plurimarum [3] nobilium - » dium rudera percurrimus, procul nec sine admira- » tione aspexi magnificam porticum duodecim co- » lumnarum. Accessi igitur, atque magnificam, ele- » ganterque structam porticum suspexi: ad hæc vero » ita integram omnibusque suis partibus absolutam, » ut etsi regnantibus Pharaonibus, & antequam » Cambyses Ægyptum subigeret, exædificata illa fue-

„ vriers ne viennent que de finir. Les colomnes ont trois pas ou ſept pieds & „ demi de diamétre, ſur ſept ou huit fois autant de hauteur ; elles ne ſont „ d'aucun des cinq ordres d'architecture, dont l'invention eſt poſtérieure à la „ conſtruction de ces colomnes. Ce ſont proprement douze maſſifs ronds de „ pierre, qui ſoutiennent un plancher quarré long & iſolé : chaque maſſif ou „ chaque colomne eſt de trois pieces. La premiere qui poſe ſur une baſe à moi- „ tié enterrée, eſt couverte de hieroglyphes gravés. Entre ces hieroglyphes, „ on diſtingue près de la baſe la figure d'une pyramide avec ſa porte ouverte. „ La deuxiéme & la troiſiéme piece ſont cannellées, & peintes de rouge & de „ bleu. La tête de chaque colomne finit par un ſimple cordon ſans chapiteau, „ & toutes enſemble portent vingt pierres quarrées longues, dont une moitié „ occupe le deſſous du plafond. Deux de ces pierres beaucoup plus épaiſſes & „ plus grandes que les autres, forment au milieu du portique une eſpece de „ fronton quarré. D'une colomne à l'autre on compte quatre pas, excepté „ néanmoins qu'au milieu, depuis la troiſiéme juſqu'à la quatriéme, il y en a „ ſix. Entre les deux rangs, qui ſont de ſix colomnes chacun, la diſtance eſt „ auſſi de quatre pas ; de ſorte que compris les diametres & les entredeux des „ colomnes, le portique a quarante pas de long, ou cent pieds de Roi, & de „ large dix pas ou vingt-cinq pieds de Roi. La hauteur des colomnes avec l'en- „ tablement, eſt d'environ cinquante-cinq ou ſoixante pieds de Roi. Il regne „ tout autour une friſe chargée de riches bas-reliefs & de myſtéres hierogly- „ phiques : ce ſont des animaux tereſtres, des inſectes, des oiſeaux du Nil, „ des obeliſques, des pyramides, des hommes aſſis gravement ſur des ſieges. „ Devant chacun de ces hommes on voit un perſonnage debout, qui leur pré- „ ſente je ne ſçai quoi ; vous diriez que ce ſont des Rois qui reçoivent les Pla- „ cets de la main de leurs Miniſtres. Il y a plus de cinquante de ces figures „ humaines dans les deux faces de la friſe ; le relief y eſt partout bien net & „ bien conſervé. La corniche & la friſe ne ſont point peintes, mais le deſſous „ de l'architrave tout au long de la colomnade eſt d'une couleur d'or qui brille „ & qui éblouit. Pour couronner un ſi beau deſſein, on a repréſenté le firma-

---

» rit, videatur tamen poſtremis hiſce temporibus » ſtructa. Columnæ diametrum habent trium paſ- » ſuum, ſeu ſeptem & dimidii pedum, altitudinem » vero ſexies vel octies majorem. Ad nullum autem » quinque architectonices ordinum pertinet, quo- » rum ordinum inventio columnarum iſtarum conſ- » tructioni poſterior eſt. Suntque proprie duodecim » lapides ſolidi rotundi qui tabulatum quadratum ob- » longum ſuſtentant, nulli alteri ædificio herens. » Columna quælibet tribus conſtat lapidibus. Pri- » mus lapis baſi terra pene obrutæ impoſitus, hie- » roglyphis plenus eſt. Inter hieroglypha autem proxi- » me baſim pyramidis figura viſitur cum porta qua- » dam aperta. Secundus, tertiuſque lapis columnam » conſtituentes ſtriati ſunt, atque minio cæruleoque » colore depicti. Cujuſque columnæ caput definit in » coronam, nullumque adeſt capitellum : & omnes » ſimul columnæ viginti lapides quadratos & ob- » longos geſtant, quorum dimidia pars ſub tabulato ſe- » ſe extendit. Duo ex hiſce lapidibus, aliis longe den- » ſiores & grandiores in media porticu quaſi frontiſpi- » cium quadratum efformant. Ex alia columna ad » aliam quatuor ſunt paſſus ; in medio tamen à tertia » ad quartam colomnam ſex paſſus ſunt. Inter duos » ordines, qui ſinguli ſex colomnarum ſunt, qua- » tuor etiam paſſuum diſtantia intervenit ; itaque » diametris & intercolumniis connumeratis porticus » quadraginta paſſus in longitudine habet, ſive cen- » tum regios pedes ; in latitudine autem viginti quin- » que regios pedes. Columnarum altitudo cum tabu- » lato eſt quinquaginta ſex vel ſexaginta regiorum pe- » dum. In circuitu autem zophorus eſt hieroglyphicis » figuris & arcanis ornatus. Animalia ſunt terreſtria, » item inſecta, aves Niliacæ, obeliſci, pyramides, » viri in ſelli ſedentes ad gravitatem compoſiti. Ante » viros illos ſedentes, alius ſtans conſpicitur, ſe- » dentibus neſcio quid porrigens. Crederes eſſe re- » ges, qui libellos ſupplices, ex manu regiorum » adminiſtrorum accipiunt. Hujuſmodi humanæ fi- » guræ plus quinquaginta numerantur in duabus zo- » phori faciebus. Anaglypha autem ubique prominent » ſanaque nec labefactata ſunt, coronis atque zopho- » rus non depicta ſunt ; ſed ſub epiſtylio per totam » porticus longitudinem color aureus extenditur » admodum fulgens oculoſque oblectans. Ut omnia » eodem magnificentiæ genere procederent, in tabu-

„ ment dans le plafond ; les étoiles n'y ſçauroient être mieux gravées, ni l'azur „ paroître plus frais & plus vif.

Voilà un morceau d'architecture Egyptienne qui eſt aſſurément très-ſingulier, je ne ſçai ſi l'on en avoit encore vu de ſemblable.

» lato firmamentum repræſentarunt. Stellæ eleganti » modo depinguntur : cæruleus color quaſi recens » appoſitus ita fulget.

Ædificium ſane ſecundum Ægyptiacam architectonicen ſingulariſſimum. Neſcio an uſpiam ſimile quodpiam viſum fuerit.



CHAPITRE CINQUIE'ME.

I. Place antique de Breſſe. II. Les piliers de tutelle de Bourdeaux. III. Autre bâtiment de Breſſe.

I. OTtavio Roſſi dans ſes *Memorie Breſciane* a donné les reſtes d'une Place antique, qui ſe voyoient encore de ſon temps dans la ville de Breſſe. Ces reſtes ſont un bâtiment à demi détruit, qui conſiſte en quatre colomnes d'ordre Corinthien, qui ſoutiennent une corniche & un entablement ſur lequel s'éleve une baluſtrade. Les colomnes ſont de marbre granite. L'entrecolomne eſt celui que Vitruve appelle areoſtyle, qui occupe l'eſpace de quatre diamétres & demi d'une colomne. Cette eſpece d'architecture ne ſe faiſoit ordinairement qu'en bois, ſelon Vitruve. On ſuppoſoit que des colomnes ſi éloignées ne pourroient pas long-temps ſupporter le poids de l'architrave, de la friſe & de la corniche : cette appréhenſion faiſoit qu'on n'oſoit guére y employer même de diaſtyle, qui avoit trois diamétres d'une colomne. Cependant voici l'areoſtyle dans un bâtiment chargé non ſeulement de l'architrave, friſe & corniche, mais auſſi d'une grande baluſtrade par-deſſus. Comme c'étoit une Place publique, où il falloit laiſſer la liberté d'aller, de venir, de paſſer & repaſſer aiſément, on a laiſſé ce grand eſpace entre les colomnes ; eſpace qui malgré la quantité des diamétres, peut n'être pas fort grand quand les colomnes ſont petites ; au lieu que quand les colomnes ſont groſſes, l'entrecolomne qui n'a qu'un diamétre & demi, qui eſt celui du pycnoſtyle, peut être aſſez grand pour donner un paſſage libre : car ſi, par éxemple, la colomne Pl. LVI.

CAPUT QUINTUM.

I. Platea antiqua Brixienſis. II. Columnæ Burdigalenſes. III. Aliud ædificium Brixienſe.

I. OCtavius Rubeus in Memoriis Brixianis, reliquias dedit veteris cujuſdam plateæ, quæ ſuo ævo adhuc in urbe illa ſuſpiciebatur. Illæ reliquiæ ædificium ſunt ſemirutum : quatuor nempe columnæ ordine Corinthio, quæ coronidem ſuſtinent & tabulatum cum clathris ſuperpoſitis. Columnæ ex marmore granito ſunt. Intercolumnium illud eſt quod Vitruvius aræoſtylon vocat, quod diametra quatuor & dimidium columnæ ſpatium habet. Hoc architectonices genus columnas tanto diſſitas ſpatio ſuſtinendis tantum trabibus ligneæque moli deputabat ; quia putabant adeo raras columnas non poſſe diu ſuſtentare pondus epiſtylorum, zophororum, ac coronidum, ſi lapidea illa eſſent. Qui timor etiam id efficiebat, ut ne diſtylon quidem, quod tria columnæ diametra in intercolumnio haberet, iis ſuſtinendis molibus adhibere auderent. Attamen ecce aræoſtylon in ædificio, ubi non modo epiſtylium, zophorus atque coronis obſervantur, verum etiam clathrorum ſeries ſuperpoſita. Cum forum ſeu platea publica eſſet, magna libertas facilitaſque eſſet oportebat, eundi, tranſeundi, redeundi, ideo tantum relictum fuit intercolumnium. Quod tamen ſpatium niſi grandes ſint columnæ non ita magnum eſſe poteſt ; contra vero cum denſæ admodum columnæ ſunt, etiam intercolumnium, quod unum tantum cum dimidio diametrum occupet, quale erat pycnoſtylon, tale eſſe poteſt ; ut ſatis ſit quo liberum eundi & tranſeundi ſpatium relinquatur : nam ſi, ver-

avoit cinq pieds de diamétre, l'entrecolomne auroit ſept pieds & demi. Dans les anciens bâtimens de Rome, je remarquai que cette eſpece d'entrecolomne, qu'on appelle pycnoſtyle, eſt le plus commun, mais ce ſont ordinairement des colomnes de trois ou quatre pieds de diamétre; de ſorte que l'entrecolomne d'un diamétre & de demi, ſera quatre pieds & demi ou cinq pieds, ou plus d'eſpace. Non ſeulement les areoſtyles, mais auſſi les diaſtyles, qui laiſſent trois diamétres d'eſpace entre les colomnes, ſont fort rares; je n'en ai remarqué qu'un de cette derniere eſpece, c'eſt la colomnade de Milan.

II. Un inſigne morceau d'architecture qu'on voyoit encore de nos jours à Bourdeaux, fut abattu pour le bien public. C'étoit une colomnade dont il reſtoit encore vingt-quatre colomnes du temps d'Elie Vinet. Ces colomnes étoient poſées ſur un grand maſſif dans lequel on remarquoit les ſtylobates de chaque colomne. Elles étoient d'ordre Corinthien, & l'entrecolomne étoit pycnoſtyle. Sur la corniche s'élevoit un rang d'arcades qui regnoient ſur tous les côtés, & dans l'entredeux des arcades ſur chaque colomne on voyoit une ſtatuë: c'étoit un monument des plus magnifiques. On étoit partagé ſur l'uſage qu'on en faiſoit anciennement; il y en avoit qui vouloient que ç'eût été un temple, mais cela n'en avoit nullement la forme: on ne peut guéres rien dire la-deſſus qui ſatisfaſſe. Car ſi l'on diſoit que c'étoit un marché ou un lieu d'aſſemblée, il y auroit encore bien des difficultés.

III. Nous ajoutons ici un bâtiment antique de Breſſe ſitué près de la colomnade. Le Roſſi croit que c'étoit une curie ou un lieu d'aſſemblée publique, ce qui paroît aſſez vraiſemblable. Les pilaſtres ſont cannelés & d'ordre Corinthien. On laiſſe le reſte à remarquer aux habiles.

---

bi gratia, colomna quinque pedum diametrum habeat, intercolumnium in pycnoſtylo erit ſeptem pedum atque dimidii. In vetuſtis ædificiis Romæ animadverti, hoc intercolumnii genus, quod vocant pycnoſtylon, frequentius quam alia occurrere. Ibi vero columnæ ſunt ut plurimum trium vel quatuor pedum aut plurium diametrum habentes; ita ut intercolumnium ſi quatuor & dimidii pedum, vel quinque, vel ſex aut plurium. Non ſolum autem aræoſtyla, ſed etiam diaſtyla quæ tria inter columnas diametra relinquunt, perrara ſunt. Unum tantum diaſtylon animadverti in columnis Mediolanenſibus.

II. Architectonices inſigne monumentum quod non ita pridem Burdigalæ viſebatur. Polyſtylum autem erat ſive columnæ multæ, ex quibus vigenti quatuor adhuc ſupererant Eliæ Vineti tempore. Columnæ muro lapideo ſuperpoſitæ erant, in quo ſtylobatæ cujuſlibet columnæ obſervabantur. Columnæ porro illæ ordinis erant Corinthii, & intercolumnium pycnoſtylon. Supra coronidem ſeries arcuum viſebatur, & ad pilas arcuum ſupra columnas quaſlibet ſtatua erat. Monumentum certe magnificentiſſimum. Cui olim uſui deputatæ olim illæ columnæ fuiſſent, quæſtio fuit. Alii volebant templum fuiſſe: verum nulla ibi templi forma obſervabatur. Quid autem vere fuerint vix dici poſſit. Nam ſi locum comitiorum, ſi forum dixeris, non paucæ exſurgent difficultates.

III. His adjicimus ædificium antiquum Brixianum, prope illas ſupra memoratas columnas ſitum. Putat Rubeus curiam fuiſſe, vel locum ad conventus publicos deputatum: id certe à veriſimili non abhorret. Paraſtatæ ſtriatæ ſunt ordineque Corinthio. Cætera eruditis obſervanda relinquere viſum eſt.





LIVRE SEPTIE'ME.

Bains, thermes, fontaine, nôces, ſeaux, theâtres, gladiateurs, courſes de chevaux, jeux, chaſſe.



CHAPITRE PREMIER.

I. Bains des Auguſtes trouvés en 1721. *II. Façade des bains. III. Voute peinte. IV. Plafond peint. V. Autre plafond de la chambre où l'on croit que ſe baignoit l'Empereur. VI. Tuyau de Cantius.*

I. VOici une des plus rares découvertes qu'on ait fait il y a long-temps. En 1721. en voulant faire une cave à la vigne Farneſe, qui occupe preſque tout le mont Palatin, & une bonne partie de la place où étoit le Palais des Auguſtes, on découvrit les bains des Auguſtes, ou d'Auguſte lui-même, comme diſent pluſieurs Romains. Ce qui eſt certain, c'eſt que les peintures des chambres des bains, dont on donnera ici le deſſein, ſont dignes, au jugement de tous les connoiſſeurs, du ſiecle d'Auguſte. Le nom *Auguſtus* trouvé dans les tuyaux des bains, & la figure de l'aigle, ne laiſſent aucun lieu de douter que ce ne ſoient les bains des Auguſtes: & d'ailleurs comme il eſt certain que c'étoit là le Palais des Auguſtes, ces bains trouvés dans le Palais même, & ornés d'une maniere ſi auguſte, doivent indubitablement être les bains des Auguſtes.

Je n'ai rien épargné pour avoir tout dans la perfection, les peintures, la façade, le plan général des bains; & j'ai reçu la façade & la copie des peintu-

---

LIBER SEPTIMUS.

Balnea, thermæ, fons, nuptiæ, ſigilla, theatra, gladiatores, decurſiones circenſes, ludi, venatus.

CAPUT PRIMUM.

I. Balnea Auguſtorum reperta anno 1721. *II. Balneorum ornata facies. III. Fornix depictus. IV. Laqueatum planum depictum. V. Aliud cameræ in qua putantur Imperatores abluiſſe corpus. VI. Tubus Cantii.*

I. EN monumentum quo rarius ac præclarius à multo tempore inventum non fuit. Anno 1721. cum cellæ vinariæ parandæ excavarent in vinea Farneſia Romæ, quæ vinea totum fere Palatinum montem occupat, necnon partem magnam loci illius, in quo erant ædes Imperatorum, excavando tandem pervenerunt ad balneas Auguſtorum, imo etiam Auguſti ipſius Octaviani, ut exiſtimant Romanorum multi. Illud vero certum atque in confeſſo apud omnes eſt, picturas nempe camerarum, quæ hic delineatæ proferentur, ipſo Auguſti ſæculo peritorum virorum judicio dignas eſſe. Nomen illud Auguſtus, in balneorum tubis repertum, necnon aquilæ ſchema, argumentum ſunt certiſſimum fuiſſe balneas Auguſtorum. Et cum alioquin exploratum ſit hoc loco Auguſtorum palatium fuiſſe: balneæ in ipſo palatio repertæ, & tam Auguſto exornatæ modo, ſine ullo dubio balneæ ſunt Auguſtorum.

Nihil non egi ut omnia poſſem conſequi; picturas, balnearum faciem, ichnographiamque generalem bal-

res à fresque des trois chambres; mais je n'ai jamais pu avoir le plan général de ces bains, ni même la place des trois chambres. J'ai tenté inutilement toute sorte de voyes pour cela; de grands Seigneurs qui en ont fait faire des recherches, n'y ont pas mieux réüssi.

PL.LVII. II. Nous donnons premierement la façade des bains telle qu'on me l'a envoyée. On verra bien que ce ne peut être la grande façade en dehors, la petitesse des colomnes qui l'ornent, mesurées sur l'échelle, le prouvent assez : mais c'est celle de cette partie des bains ou de cette grande chambre où l'eau se rendoit, & de laquelle on alloit aux chambres; ces chambres étoient apparemment derriere cette façade, mais c'est ce qu'on ne sçait que par conjecture. Plusieurs l'ont demandé à Rome, mais tous disent que tout est bouleversé présentement, & qu'ils n'en sçavent rien : peut-être veulent-ils se reserver l'honneur de le publier les premiers.

La muraille marquée A, qu'on voit au-dessus des colomnes, étoit couverte de marbres les plus fins; & aux niches marquées d'une croix † il y avoit des statuës. Il paroît encore quelque reste d'ornement d'architecture sur cette muraille.

Les colomnes de dessous sont d'ordre composite, rangées comme l'on voit dans le plan d'en-bas. Les marbres les plus précieux étoient employés à ces ornemens; le prophyre ordinaire, le prophyre verd, le marbre violet, le jaune antique, le serpentin. On voit en bas des bouches de canaux de cuivre d'où venoit l'eau. On a trouvé au-dessous un grand tuyau de plomb quarré. Auprès de ces canaux il y a un petit mur pour retenir l'eau, qui montoit en cet endroit à la hauteur du genou. On a trouvé dans ces conduits & dans ces tuyaux le nom d'Auguste, & sur les carreaux du pavé des figures d'aigles.

Les tuyaux de plomb qui conduisoient les eaux en différens endroits, avoient souvent des inscriptions, & quelquefois assez longues; comme celle-ci qui fut trouvée sur le mont Aventin sur un tuyau de plomb. AQVA TRAIANA. Q. ANICIVS. Q. F. ANTONIAN. CVR. THERMARV*M* VARIANARVM. Cela veut dire que c'est de l'eau Trajane, ou que Trajan a

---

tient aux Matthei illustre famille Romaine. Ce monument repréſente le chœur des Muſes donné d'après Spon planche LVI. du premier tome de l'Antiquité. Mais ces figures ſont trop petites dans l'image, pour qu'on puiſſe bien diſtinguer la forme de ce trêpied & de toutes ſes parties, il a fallu le tirer du marbre même.

II. Monſeigneur Bianchini croit que l'inſtrument qui vient après eſt la na-
4. ble [4] des Hébreux, de laquelle parle Joſeph l. 7. c. 10. p. 319. *La cinyre*, dit-il, *qui a dix cordes, eſt touchée avec le plectre; & la nable qui a douze ſons, avec les doigts. Les cymbales qui étoient d'airain étoient larges & grandes.* Cet inſtrument étoit venu des Sidoniens, dit Sopater dans Athénée l. 4. p. 275. Monſeigneur Bianchini l'a tiré du Bellori, & du vaſe des Muſes donné par M. de la Cauſſe, que nous avons auſſi donné après lui. Mais la main qui avance & qui tient une corne au lieu de plectre, ne paroît pas dans l'image donnée de ce vaſe. Ce n'eſt que par conjecture que ce ſage Prélat dit que c'eſt une nable, ſçachant bien qu'il faut avoir de bonnes preuves pour aſſigner à chaque inſtrument ſon propre nom. Cet inſtrument quarré a onze cordes.

5. III. La lyre triangulaire [5] dont un côté eſt courbe, eſt tirée d'un bas relief
6. de la vigne Médicis de Rome. Pour ce qui eſt du [6] trigone qui eſt au-deſſous, on en voit un ſemblable à la planche CXVI. du ſecond tome de l'Antiquité, & un autre à la planche CXCI. du troiſiéme tome. Celui-ci a 35. cordes.
7. La harpe [7] qui vient après reſſemble à celle qu'on met ordinairement en-
Pl. tre les mains du Roi David. Elle ſe trouve en cette forme dans les anciens
LXXVII. monumens.

1. IV. Les deux figures [1] ſuivantes, qui reſſemblent à des épinettes ſont ti-
2. rées du P. Kirker. [2] Je ne ſçai d'où il les a priſes, & j'ignore le nom de ces ſortes d'inſtrumens.

3. L'inſtrument [3] ſuivant avec des clochettes ſemble fait plutôt pour le caril-
4. lon que pour l'harmonie. L'autre tiré [4] du cabinet de feu M. Foucault n'a guére l'air d'un inſtrument de muſique: je ne ſçai comment il eſt entré dans cette planche

5. Le dernier [5] qui eſt un triangle iſoſcele eſt un inſtrument à trois cordes.

---

mihi tranſmiſſa apprime conſentit. Eductus autem eſt hic tripus, inquit, ex anaglypho Romano ad Mathæiam illuſtrem familiam pertinente. Hoc monumentum Muſarum chorum repræſentat poſt Sponium datum in tab. LVI. primi Antiquitatis explanatæ tomi. Verum hæ figuræ in ſchemate longe minores ſunt, quam ut poſſit tripodis omniumque ejus partium forma diſtingui, ex ipſo marmore educi oportuit.

II. Dominus Blanchinius putat inſtrumentum ſequens eſſe [4] nablam Hebræorum de qua Joſephus loquitur lib. 7. c. 10. p. 319. *Cinyra*, inquit, *quæ decem chordas habet, plectro percutitur, & nabla quæ duodecim ſonos habet, digitis cymbala: lata magnaque ænea erant.* Hoc inſtrumentum ex Sidoniis venerat, inquit Sopater in Athenæo, l. 4. D. Blanchinius ipſum ex Bellorio deſumſit, & ex Muſarum vaſe quod à V. Cl. Cauceo datum eſt, poſt quem & nos quoque protulimus. Verum manus illa quæ extenditur & cornu pro plectro tenet, in imagine hujuſce vaſis non comparet. Ex conjectura tantum & prudenter Blanchinius nablam eſſe dicit, quod probe ſciat claris argumentis eſſe opus, ut cuique inſtrumento proprium ſibi nomen aptetur. Hoc inſtrumentum quadratum undecim habet chordas.


III. Lyra illa [5] triangularis cujus latus unum inflexum eſt, ex anaglypho vineæ Medicæ Romæ educta eſt. Quantum autem ad trigonum [6] inferne poſitum, aliud profertur ſimile in tabula CXVI. ſecundi Antiquitatis explanatæ tomi, & aliud in tab. CXCI. tertii. Hoc vero trigonum trigintaquinque chordas habet. *Harpa* illa [7] quæ poſtea ſequitur, ſimilis eſt ei quam præ manibus regis Davidis videre ſolemus. Eadem porro forma reperitur in veterum monumentis.


IV. Duæ [1] figuræ ſequentes ex Kirchero deſumtæ ſunt: neſcio autem unde exceperit, atque hujuſcemodi inſtrumentorum nomen ignoro: [2] ſimilia certe ſunt iis quæ nos vocamus *épinettes.*

Inſtrumentum [3] ſequens, tintinnabulis inſtructum, ad ſtrepitum potius quam ad harmoniam concinnatum videtur. Aliud [4] ex muſeo D. Foucault, inſtrumentum eſſe muſicum non videtur; neſcio quo pacto huc inductum fuerit.


Poſtremum eſt [5] Trigono Iſoſcelum treſque chordas habet.

INSTRUMENS DE MUSIQUE

















Mg.r Bianchini




INSTRUMENS DE MUSIQUE


1



2




3



Mg.r Bianchini

4



M.r Foucault

5



Mg.r Bianchini

CHAPITRE SIXIE'ME.

I. Le Tympanon. II. Clochettes. III. Tympanon avec des grelots. IV. Cymbales. V. Autre Tympanon. VI. Autres inſtrumens.

I. LE tympanon exprimé ici [1] avec ſa baguette eſt tiré, dit Monſeigneur Pl. LXXVIII.
Bianchini, d'une ancienne peinture donnée par le Bartoli. L'uſage du 1.
tympanon dans les anciens temps eſt célébré en tant d'endroits de l'Antiquité, qu'il n'eſt pas néceſſaire de s'étendre ici ſur cet article. On en peut remarquer de différentes ſortes. Cybele en porte ſouvent, comme on peut voir dans ſes images.

II. Les deux clochettes [2] penduës à une branche d'arbre avoient déja été 2.
données, mais imparfaitement. Monſeigneur Bianchini les a fait de nouveau tirer éxactement ſur l'original.

III. Le tympanon [3] avec des grelots, fait comme les tambours des Baſ- 3.
ques, ſe voit ſouvent ſur les monumens dans les troupes Bacchiques : celui-ci
eſt tiré ſûrement de l'antique. Monſeigneur Bianchini a mis après [4] une eſpece 4.
de tympanon moderne, dont les Arméniens ſe ſervent à leur office. Les Grecs appellent ces inſtrumens *Anarripidia*. J'ai une fois aſſiſté à leur office à Rome, & j'ai là vu l'uſage qu'ils faiſoient de ces inſtrumens : c'étoit comme pour exciter l'attention du Prêtre dans la célébration des ſaints myſtéres, qu'ils les faiſoient ſonner. Monſeigneur Bianchini a mis ici cette eſpece de tympanon, par qu'on le comparât avec celui dont ces anciens profanes ſe ſervoient.

IV. Les cymbales [5] qui ſuivent ſont de la forme de celles que nous avons 5.
données au tome 3. de l'Antiquité planche CXCI. avec trois filles qui jouent des cymbales tirées des Miſcellanées de Spon, qui prouve fort bien par des paſſages d'auteurs, que les cymbales étoient creuſes. Hermippus dans Athénée l. 14. p. 536. dit Monſeigneur Bianchini, appelle les cymbales crembala. Il pourroit ſe faire que les crembala étoient des cymbales, mais je ne ſçai ſi cela eſt bien certain; c'étoit toujours quelque choſe d'approchant.

CAPUT SEXTUM.

I. Tympanum. II. Tintinnabula. III. Tympanum cum tintinnabulis. IV. Cymbala. V. Tympanum aliud. VI. Alia inſtrumenta.

I. TYmpanum hîc [1] cum odira expreſſum, eductum eſt ex veteri pictura à Bartolo exhibita, inquit D. Blanchinius. Uſus tympani priſcis temporibus tot in locis Antiquitatis explanatæ celebratur ut nihil ultra ea de re dicere neceſſarium fuerit. Variæ autem formæ tympana obſervantur: Cybele tympanum ſæpe geſtat, ut in ejus ſchematibus obſerves.

II. Duo tintinnabula [2] ex arboris ramo ſuſpenſa jam publicata fuerant, ſed non tam accurate. D. Blanchinius ea denuo ex Archetypo ſummo ſtudio exprimi curavit. Fabrettus Inſcript. p. 429. miniſtrum Bacchicum exhibet, talem nempe ipſe putat, qui novem tintinnabula geſtat; tria ante pectus, & in utroque latere totidem.

III. Tympanum [3] cum tintinnabulis, Vaſconum tympanis ſimile, haud raro in monumentis cum cœtibus Bacchicis obſervatur. Hoc porro tympanum ſine dubio ex monumento quodam veteri exceptum eſt. In ſchedis ſuis Blanchinius aliud [4] tympanum adjecit, quo Armeni in officio ſuo Eccleſiaſtico utuntur. Græci hujuſmodi inſtrumenta vocant ἀναῤῥιπίδια. Eorum autem officio Romæ ſemel interfui, uſumque ſimilium inſtrumentorum meis oculis vidi; ſonitum enim ἀναῤῥιπιδίοις edebant, ut Sacerdotis Sacra celebrantis animum excitarent. Hoc porro tympanum addidit Blanchinius, ut cum veterum profanorum tympanis conferretur.

IV. Quæ ſequuntur cymbala [5] ejuſdem formæ ſunt atque ea quæ protulimus tab. CXCI. tertii Antiquitatis explanatæ tomi, cum tribus puellis cymbalo ludentibus ex Miſcell. Sponii eductis; qui Sponius optime probat ſcriptorum teſtimonio cymbala concava fuiſſe. Hermippus apud Athenæum l. 14. inquit Blanchinius, cymbala vocat crembala. Poterant forte crembala genus cymbalorum eſſe. Sed an res explorata ſit ignoro : erat certe tamen crembalum affine cymbalo inſtrumentum.

V. Outre le tympanon que nous avons donné ci-dessus, qui étoit de cui-
6. vre, en voici [6] un autre de matiere plus légere, dont le contour étoit apparemment de bois avec une peau tenduë dessus, qu'on frappoit ou avec les doigts ou avec la baguette : c'est ce que Monseigneur Bianchini prouve par le témoignage de plusieurs auteurs. L'usage de ce tympanon leger se voit dans ces auteurs. Cet instrument est tiré des *Admiranda Romanarum Antiquitatum*, livre donné par le Bellori.

7. VI. Des deux instrumens [7] qu'on voit après, celui qui est à terre paroît
8. une tymbale, & l'autre [8] qui est pendu à un arbre un tambour. L'un & l'autre étoit en usage dans les anciens temps. Pignorius a donné la tymbale. Salmonée, dit Apollodore l. 1. tendoit des peaux sur des chauderons d'airain, & les battant ensuite, il se ventoit de tonner comme Jupiter. Pour ce qui est du tambour fait comme ceux d'aujourd'hui, nous en voyons un dans une lampe antique à la planche CLXXX. du cinquiéme tome de l'Antiquité.

Monseigneur Bianchini croit que deux vases suivans, qui ont la forme de
9. cloches [9] & qui pendent l'un de l'autre, pouvoient être des especes de timbres ou de cloches, qu'on pendoit à l'entrée des thermes pour sonner l'heure où il falloit y entrer, & celle où il falloit en sortir. La figure est tirée d'un ancien bas relief.

10. L'instrument [10] qui vient après est celui qu'on appelloit les Crotales. On trouve dans les anciennes images des joueuses de Crotales, qu'on appelloit Crotalistries : on en voit à la planche CXCI. du troisiéme tome de l'Antiquité.

V. Præter tympanum illud quod supra expressimus quodque æneum erat, en aliud tympanum ex leviore materia [6], cujus circulus, ut putatur, ligneus erat cum pelle supra extensa ; quæ vel digitis vel radio pulsabatur ; id quod plurimorum testimonio scriptorum eruditus Blanchinius probat. Usus hujuscemodi tympani levioris in iisdem scriptoribus deprehenditur. Hoc instrumentum ex admirandis Romanarum Antiquitatum Bellorii eductum est.

VI. Ex duobus sequentibus instrumentis, illud [7] quod in terra jacet cymbalum hodiernum refert; alterum [8] vero quod arbori suspensum est, tympanum item hodiernum. Utrumque veteribus in usu erat. Pignorius cymbalum dedit. Salmoneus, inquit Apollodorus lib. 1. pelles extendebat supra lebetes æneos quos postea percutiens, sese jactabat quasi Jovis instar tonaret. Quod spectat autem ad tympanum hodiernis simile, eadem forma unum conspicimus in tab. CLXXX. quinti Antiquitatis explanatæ tomi.

Putat Dom. Blanchinius duo vasa sequentia [9] quæ tintinnabulorum formam exhibent, quorum aliud ab alio pendere videtur, esse potuisse quasi instrumenta thermarum usui deputata, ut ex eorum sonitu sciri posset qua hora eo ingredi, & qua hora egredi oporteret. Figura ex anaglypho veteri educta est.

Instrumentum sequens, [10], crotala erant. In veterum schematibus hoc instrumento ludentes puellæ reperiuntur, quæ Crotalistriæ appellabantur. Hujusmodi visuntur in tab. CXCI. secundi Antiquitatis explanatæ tomi.



INSTRUMENS DE MUSIQUE



LIVRE NEUVIE'ME.

Les feuilles à écrire & les Diptiques.

CHAPITRE PREMIER.

I. Ecriture sur des peaux de bêtes. II. Ce qu'on appelloit parchemin & vélin. III. Le papier d'Egypte. D'où venoit le nom papyrus. *IV. Cette plante naissoit dans le Nil. Sa description & son utilité.*

I. ON ne sçait pas le temps où l'on a commencé d'écrire ou de faire des livres : la sainte Ecriture ne nous l'apprend pas & les auteurs profanes font remonter cet usage à des temps fabuleux. On n'est pas mieux instruit sur la qualité des feuilles qu'employerent les premiers des mortels qui écrivirent. L'usage des peaux de bêtes pour l'écriture est des plus anciens temps ; il n'est pas possible de remonter jusqu'à l'origine. Ces peaux de bêtes se préparoient en deux manieres ; on en faisoit du parchemin & du vélin : ou l'on les passoit en ôtant le poil, & les rendant souples comme une peau de chamois : c'étoient enfin des cuirs passés sur lesquels on écrivoit, & l'on en faisoit des rouleaux, tels qu'on les voit encore aujourd'hui, & sur-tout dans les synagogues des Juifs. J'en ai vu deux à Boulogne, & un à Livourne. Il y en a encore un à la bibliothéque du Vatican, dont parle Leon Allatius dans son livre sur les inscriptions Hétrusques p. 114. On en voit encore un à la bibliothéque du Roi.

II. Le parchemin qu'on appelle en Latin *pergamenum*, a pris ce nom, selon Isidore, des Rois de Pergame, qui manquant de feuilles ordinaires pour écrire, trouverent l'art de rendre les peaux des bêtes propres à recevoir l'écriture.

LIBER NONUS.

Chartarum & foliorum genera, Diptycha.

CAPUT PRIMUM.

I. Scriptio in pellibus animalium. II. Quidnam Pergamenum & vitulinum appellaretur. III. Papyrus Ægyptiaca. Undenam papyri nomen. IV. Hæc planta nascebatur in Nilo : ejus descriptio, ejusque utilitas.

I. QUo tempore scriptura cœperit ignoratur. Id Scriptura sacra non docet, Scriptores vero profani hunc usum in fabulosa tempora referunt. Neque magis novimus quo genere foliorum usi sint primi mortalium qui scripserunt. Animalium pelles antiquissimis sane temporibus ad illud usurpatæ fuerunt. Pelles autem hujusmodi duobus apparabantur modis; vel pergamenum conficiendo; vel pellem subigendo, tractabilemque reddendo, sicut apparantur rupicaprarum pelles, vel aliæ unde chirohecæ concinnantur. Pelles ergo subactæ erant, ex quibus volumina adornabantur, qualia hodieque visuntur, maxime vero in Synagogis Judæorum. Duo Bononiæ vidi, tertiumque Liburni. In Bibliotheca quoque Vaticana volumen est, cujus meminit Leo Allatius in libro de Inscriptionibus Hetruscis p. 114. Est & aliud in Bibliotheca Regia.

II. Pergamenum gallice *le parchemin* nomen accepit, Isidoro teste, à Pergami regibus, qui, cum folia ad

Varron dans Pline donne une origine fort différente à ces peaux que nous appellons parchemin. Il raconte, dit Pline, que l'émulation qui se mit entre Ptolemée Roi d'Egypte & Eumenés Roi de Pergame, touchant les bibliothéques, chacun voulant faire la sienne plus grande; que cette émulation, dis-je, ayant porté Ptolemée à empêcher qu'on ne portât du papier hors de l'Egypte, on inventa à Pergame le parchemin. Après quoi l'on rétablit la liberté de commerce pour une chose qui sert à immortaliser les hommes. On écrivoit pourtant sur des peaux long-temps avant les Rois de Pergame: selon Hérodote ce furent les Ioniens, qui manquant de feuilles à écrire, se servirent pour cela de peaux de moutons & de chévres, après leur avoir donné quelque apprêt. *Pergamenum* se prend sans doute tant pour ce que nous appellons parchemin que pour le vélin, qui ne différent l'un de l'autre que par la qualité de l'apprêt.

III. Quand on fait réfléxion sur la grande quantité de feuilles qu'il falloit pour écrire des lettres missives, des mémoires, des livres, & tout ce qu'on met ordinairement sur le papier, on comprend d'abord qu'on ne pouvoit assez préparer de peaux pour tous ces usages, & qu'il falloit nécessairement y employer d'autres feuilles. On y employoit effectivement de ces pellicules des arbres, qui sont entre l'écorce & le bois, quelquefois du linge. Les tablettes venoient au secours; on en faisoit de plomb, d'yvoire & d'autre matiere, mais tout cela ne pouvoit suffire. Pour fournir à tant de sortes d'écritures, il falloit des feuilles qui se trouvassent en grande quantité, & qui supléassent à tous les usages où l'on employe aujourd'hui notre papier de chiffon qui n'étoit pas encore inventé. Ce fut le papier d'Egypte, qui pendant un grand nombre de siécles servit à tout le monde connu pour écrire des lettres, des mémoires, des régitres, des livres, & tout ce qu'on écrit aujourd'hui sur notre papier. Ce papier d'Egypte qui a fait si long-tems toute sorte de commerce de litterature, & qui a servi à tant d'usages, merite bien que nous parlions un peu au long, sur son nom, sur la maniere dont on le faisoit; sur sa durée, sur sa chûte, & sur l'origine d'autres sortes de feuilles qui l'ont remplacé dans la Grece & dans l'Europe.

Papias un des Auteurs des gloses a prétendu que *papyrus* venoit du mot grec πῦρ qui veut dire le feu, parce qu'on en faisoit des mêches pour entretenir la lumiere.

scribendum apta non suppeterent, pelles animalium ita adaptari curaverunt, ut scriptioni recipiendæ idoneæ essent. Longe alia de causa inductas Pergamenas pelles ait Varro apud Plinium, cujus hæc sunt verba: *Mox æmulatione circa Bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idem Varro membranas Pergami tradit repertas. Postea promiscue patuit usus rei, qua constat immortalitas hominum.* Attamen antequam reges Pergami essent, pelles animalium ad scribendum usu veniebant. Iones secundum Herodotum, cum folia ad scribendum, seu chartæ non suppeterent, pelles ovium & caprarum subactas ei negotio aptas reddiderunt. Pergamenum haud dubie, non illud modo quod *parchemin*, sed & illud quod *velin* appellamus significat: hæc enim ex sola apparatûs varietate differunt.

III. Si animadvertas quanta chartarum foliorumque vi opus esset ad epistolas, schedas, libros, & quidquid vulgo scribi solet, statim intelligitur, non potuisse animalium pelles ad omnes hujusmodi usus sufficere, necessariumque fuisse alia chartarum genera exquiri. Vereque ad illud negotii adhibebantur pelliculæ illæ quæ inter cortices & ligna habentur; imo aliquando linteamina, etiamque pugillares, modo plumbei, modo eburnei, atque alii. Verum hæc satis esse non poterant: foliorum vis maxima requirebatur ad illos omnes usus queis hodie illud chartæ genus adhibemus, quod ex detritis pannis apparatur. Antequam vero charta hujusmodi adinveniretur, Ægyptiaca papyrus, per sæcula multa, per totum pene orbem adhibita fuit, ad epistolas, schedas, libros, & quidquid hodie in charta nostra scribimus. Hæc autem papyrus Ægyptiaca, quæ tanto tempore cuivis litterarum commercio adhibebatur, & quæ tot usibus apta fuit, meritis pro talibus nos evocat, ut pluribus edisseramus de ejus nomine, de conficiendi ratione, de usu diuturno, de modo quo in usum adhiberi desiit, deque origine foliorum quæ illam de medio sustulerunt, tam in Græcia, quam in Europa.

Papias Glossarum Scriptor, hoc nomen *papyrus* ait ex voce πῦρ Græca oriri, quæ ignem significat, quo-

lumiere. Un autre a dit, que le papyrus qui servoit de méche étoit ainsi nommé, *quasi parans pyr*, parce qu'il préparoit le feu : mais ces étimologies ne paroissent pas recevables. Papyrus a l'air & la forme d'un nom Egyptien : *pa* étoit un article qui répondoit à l'ὁ des Grecs ; on prononçoit quelquefois *pa*, quelquefois *pi*, & quelquefois *p* seulement, selon la concurrence des lettres & des voyelles. On voit cet article joint à un grand nombre de noms Egyptiens, Pachnemunis, Papremis, Patermuthius, Piammon, Pinuphius, Pior. Quelques-uns de ces noms se trouvent tantôt avec l'article, tantôt sans l'article ; d'autres le conservent toujours. Dans les vies des Peres du desert, l'Abbé Piammon se trouve quelquefois appellé Ammon, & l'Abbé Pior est ailleurs nommé Or. Pour ce qui est de Patermuthius, composé de *Pa* & de Termuthis, il a été mal divisé par l'ancien interprete Latin, qui trouvant dans le Grec Πατερμούθιος ὀνόματι a tourné ainsi, *Pater nomine Mutius* ; ne prenant pas garde qu'indépendamment même de l'étymologie Egyptienne, πατερ avec un epsilon ne pouvoit pas être au nominatif. Cependant ce nom estropié Mutius, a été mis dans les légendes, & feu M. l'Abbé de la Trappe, qui donnoit à ses moines le nom de ces anciens anacoretes, en appella un Dom Muce, dont il a écrit la vie. Il est donc fort vraisemblable que le papyrus, qui ne se trouvoit guéres qu'en Egypte, a été ainsi nommé par les Eyptiens, & que l'article *pa* qui précede *pyrus*, étoit de ceux qu'on ne séparoit jamais du nom.

IV. Cette plante naissoit dans le Nil, lorsque ce fleuve avoit à son ordinaire inondé les terres voisines. Elle poussoit sa tige, dit Theophraste, aux endroits où cette eau dormante n'avoit pas plus de deux coudées de hauteur : il n'en venoit point aux lieux où elle étoit plus profonde. Elle jettoit plusieurs racines tortuës dont la plus grande, qui étoit de la grosseur du poignet, avoit environ dix coudées de long. Les critiques reprennent ici Pline, qui ayant traduit Theophraste presque mot-à-mot, attribue à la tige la longueur de dix coudées, que Theophraste donne à la racine : d'autres défendent Pline, & rejettent la faute sur les copistes. Quoi qu'il en soit, Theophraste dit là-même que la tige du papyrus a quatre coudées de haut. Melchior Guilandin, qui a fait un traité sur le papyrus, assure que dans son voyage d'Egypte

---

niam quia inde fovendo lumini stupa concinnabatur : alius dixit papyrum, sic in stupam redactum, ita vocari, quasi *parans pyr*, seu parans ignem. At Etymologiæ hujusmodi à vero aberrare videntur. Papyrus nomen & formam habet Ægyptii nominis. *Pa* articulus erat prænomini ὁ Græcorum respondens : aliquando *pa* pronunciabatur, aliquando *pi*, nonnunquam *p* simpliciter, habita ratione sequentis litteræ, seu consonæ, seu vocalis. Hic articulus multis Ægyptiacis nominibus conjunctus occurrit. Pachnemunis, Papremis, Patermuthius, Piammon, Pinuphius, Pior. Aliquot ex hisce nominibus aliquando cum articulo, aliquando sine articulo occurrunt ; alia articulum semper servant. In vita Patrum deserti Abbas Piammon, aliquando Ammon appellatur ; & Abbas Pior alibi Or scribitur. Vide Rosweydum in vitis Patrum p. 547. Patermuthius vero, quod nomen compositum est ex Pa & Thermutis, perperam divisum est à veteri Interprete, qui hæc verba græca Πατερμούθιος ὀνόματι, sic latine convertit, *Pater nomine Mutius*. Neque animadvertit, quod, etiam nulla habita Ægyptiacæ etymologiæ ratione, πατερ cum ἐψιλὸν, in nominativo non sit. Attamen hoc truncatum nomen Mutius in *legendis* positum est. Abbasque Trappensis qui strictioris vitæ regulam excitavit, & Monachis suis veterum Anachoretarum nomina dabat, aliquem ex iis Domnum Mutium appellavit, cujus etiam vitam descripsit. Verisimile ergo est papyrum, quæ planta in Ægypto, ut puto, tantum pullulabat, sic vocatam fuisse à solis Ægyptiis ; articulumque *pa*, ante *pyrus* positum, ex numero eorum esse, qui à nominibus non separabantur.

IV. Hæc planta in Nilo nascebatur, postquam Nilus pro more suo vicinas terras inundaverat. Pullulabat autem, inquit Theophrastus, in iis locis ubi aqua non plusquam duos cubitos altitudinis habebat. Non crescebat autem iis in locis, ubi profondior aqua esset. Radices vero multas emittebat, easque tortuosas, quarum quæ major esset, pugni crassitudinem habens, decem cubitis longa erat. Hic critici Plinium redarguunt, qui cum Theophrastum pene ad verbum latine convertisset 13. 11. cauli sive scapo eam longitudinem tribuit decem cubitorum, quam Theophrastus radici dederat : alii pro Plinio stant, & in amanuenses erratum derivant. Ut ut res est, Theophrastus eodem loco ait, caulem papyri esse altitudine quatuor cubitorum. Melchior Guillandinus, qui in papyrum diatribam emisit, affirmat se dum in Ægyp-

il en a trouvé quelques-unes de près de ſept coudées de haut ; mais cela ne fait rien contre Théophraſte, qui ne parle que de la hauteur ordinaire de ces tiges. Ce même auteur dit qu'elle eſt de forme triangulaire : ce que confirme auſſi Goropius Becanus, Hieroglyp. p. 192. qui aſſure qu'il a deux bâtons triangulaires faits de la tige du papyrus d'Egypte.

Cette plante n'avoit point de ſemence & ne portoit point de fruit. Il en croiſſoit une ſi grande quantité ſur les bords du Nil, que Caſſiodore la compare à une forêt. ,, Là s'éleve cette forêt ſans branches, dit-il, ce bocage ſans ,, feuilles, cette moiſſon qui croît dans les eaux, cet ornement des marécages. ,, Cette plante étoit plus molle que les arbriſſeaux, plus dure que les herbes ,, ordinaires. Elle avoit au-dedans une eſpece de moële blanche, qui n'étoit pas deſagréable au goût : le dehors étoit plus dur, & apparemment comme ſont les cannes de Languedoc & de Provence.

Ce n'eſt pas ſans raiſon que Caſſiodore l'appelle une moiſſon dans les eaux, *aquarum ſeges*. Elle étoit d'une grande utilité aux Egyptiens ; ils s'en ſervoient pour faire des ſouliers, des ligatures, des mêches pour les lampes, des nattes, des matelas, des couvertures, des voiles de navires : les pauvres gens s'en faiſoient des habits. Ils les employoient encore pour conſtruire des barques. Les anciens Egyptiens prétendoient que les crocodiles par reſpect pour la déeſſe Iſis, qui étoit une fois allée ſur une barque de papyrus, ne faiſoient jamais de mal à ceux qui navigeoient ſur des barques de cette matiere. Le papyrus étoit auſſi une plante médicinale pour diverſes maladies, comme nous apprennent Dioſcoride & Pline. Elle ſervoit de nourriture aux pauvres gens, qui mâchoient le papyrus, avaloient le ſuc, & jettoient le reſte. La racine du papyrus ſervoit non ſeulement pour le feu ; mais auſſi à faire pluſieurs ouvrages de ſculpture, ſelon Theophraſte.

---

to peregrinaretur, aliquot papyri caules reperiſſe longitudine ſeptem cubitorum ; id quod cum Theophraſto minime pugnat, qui de ſolita tantum caulis longitudine loquitur : addit idem Scriptor papyri ſcapum triangularis eſſe formæ. Huic accinit Goropius Becanus, qui dicit ſe duos habere baculos triangulares, ex papyri caule factos.

Hæc planta nullo ex ſemine naſcebatur, nullumque ferebat fructum. Hujus tanta copia ad oras Nili creſcebat, ut Caſſiodorus eam ſylvæ compararet lib. 11. Epiſt. 38. *Surgit Nilotica ſilva ſine ramis, nemus ſine frondibus, aquarum ſeges, paludum pulcra caſaries, virgultis mollior, herbis durior.*

Neque injuria Caſſiodorus meſſis ipſi nomen indit, *aquarum ſeges*. Ægyptiis namque in multis uſui erat. Hinc enim calceos parabant, ligamina, ſtupam lucernis fovendis, ſtoreas, culcitras, ſtragula, vela navium. Inopes iis ſibi veſtes conſuebant. Etiamque ſcaphis naviculiſque conſtruendis papyrum uſurpabant. Veteres Ægyptii putabant crocodilos, quod Iſidem ſemel papyrea in ſcapha navigantem venerarentur, nihil mali unquam inferre iis qui in papyreis ſcaphis navigarent. Papyrus etiam ad medicinam apta habebatur, ut aiunt Dioſcorides lib. 1. c. 116. & Plinius. Pauperioribus quoque in cibum adhibebatur qui papyrum mandebant, abjectiſque cæteris ſuccum tantum deglutiebant. Radix papyri, non modo igni fovendo inſerviebat ; ſed & ad ſculpturæ opera quædam adhibebatur, referente Theophraſto.





CHAPITRE SECOND.

I. L'usage du papier d'Egypte a commencé dans de très-anciens temps. II. Maniere de le faire. III. Différens noms de ce papier suivant ses différentes qualités. IV. Les feuilles du papier d'Egypte se perfectionnerent dans la suite du temps. V. Maniere dont on faisoit les livres de ce papier.

I. VEnons présentement à ces feuilles à écrire, qu'on faisoit avec les membranes ou les pellicules du papyrus, & qu'on nommoit βίϐλος ou philyra; on les appelloit aussi en Grec χάρτης, & en Latin *charta* : car quoique *charta* se puisse dire de toute sorte de feuilles à écrire, Pline & les autres auteurs entendent ordinairement par *charta* le papier d'Egypte. On ne convient pas du temps où l'on a commencé à se servir du papyrus pour faire des feuilles à écrire. Varron rapporté par Pline, dit que ce fut du temps d'Alexandre le Grand, après que ce conquerant eut bâti Alexandrie. Mais Pline refute le sentiment de Varron, & se fonde sur le témoignage de Cassius Hemina ancien Annaliste, qui dit que Cn. Terentius scribe, travaillant à un fonds de terre qu'il avoit sur le Janicule, trouva dans une caisse de pierre les livres du Roi Numa écrits sur ce papier, & qu'ils s'étoient conservés jusqu'à ce temps-là sans pourriture, parce qu'ils étoient frottés d'huile de cedre, quoiqu'il y eût 535. ans qu'ils avoient été mis sous terre : ce qui se prouve, parce que cela se passa sous le consulat de P. Cornelius Céthégus, & de M. Bébius Pamphilus, qui fut 535. ans après le régne de Numa. Il rapporte encore que Mucien, qui avoit été trois fois consul, assuroit, qu'étant préfet de Lycie il avoit vu dans un temple une lettre sur du papier d'Egypte, écrite de Troye par Sarpedon Roi de Lycie.

On a encore des autorités plus sûres, quoique moins anciennes, qui prouvent que ce qu'on appelloit *charta*, qui est le papier d'Egypte, étoit en usage devant Alexandre le Grand : comme celle de Platon le Comique contemporain d'Aristophane, cité souvent par Athénée.

Τὰ γραμματεῖα τάς τε χάρτας ἐκφέρων ;

dit ce poëte : *il emportoit les écrits & les papiers.* On le prouve encore par le té-

---

CAPUT SECUNDUM.

I. Usus chartæ papyreæ Ægyptiacæ jam priscis temporibus cœpit. II. Faciendæ chartæ papyreæ modus. III. Varia papyri nomina secundum conditiones varias. IV. Folia papyri Ægyptiacæ insequentibus temporibus ad perfectiorem modum deducta. V. Modus conficiendorum librorum ex charta papyrea.

I. JAm ad folia illa transeundum est, quæ ex papyri philyra conficiebantur. Philyra alio nomine βίϐλος appellabatur. Hæc autem folia græce χάρτης, latine charta vocabantur. Licet enim charta dici possit de quovis foliorum genere ad scribendum apto, Plinius cæterique Scriptores vulgo per chartam intelligunt papyrum Ægyptiacam. Nec convenit inter Scriptores quo tempore cœptum sit ex papyro folia ad scribendum parare. Varro a Plinio allatus id refert ad tempora Alexandri Magni, postquam ille Alexandriam ædificaverat. At Plinius l. 13. c. 13. opinionem Varronis confutat. *Namque Cassius Hemina*, inquit, *vetustissimus auctor Annalium, quarto eorum libro prodidit Cneium Terentium scribam argrum suum in Janiculo repastinantem offendisse arcam, in qua Numa qui Romæ regnavit, situs fuisset. In eadem libros ejus repertos P. Cornelio Lucii filio Cethego, & Marco Bæbio Quinti filio Pamphilo Coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni* 535. *& hos fuisse è charta : majore etiamnum miraculo, quod tot infossi duraverunt annis.* Adjicit sub hæc Plinius : *Præterea Mutianus ter Consul, prodidit nuper se legisse, cum præsideret Lyciæ, Sarpedonis à Troja scriptam in quodam templo epistolæ chartam.*

Certiores adhuc auctoritates habemus, etsi minorem vetustatem præ se ferant, queis probatur chartam sive papyrum Ægyptiacam, in usu fuisse ante ævum Alexandri Magni, ut illa Platonis Comici, qui Aristophani æqualis fuit, quique persæpe in medium adfertur ab Athenæo

τὰ γραμματεῖα τάς τε χάρτας ἐκφέρων,

hoc est, *scripta & chartas auferens.* Id vero probatur

moignage de Theophraste, disciple d'Aristote, qui après avoir décrit les utilités que les Egyptiens recevoient de cette plante nommée papyrus, ajoûte l. 4. c. 9. καὶ ἐμφανέςατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιϐλία, *& les feuilles à écrire si renommées parmi les nations étrangeres.* Ce qui fait voir que le commerce du papier d'Egypte étoit déja établi partout; mais on ne sçauroit assigner précisément le temps de son origine.

II. La maniere de faire ces feuilles est amplement décrite par Pline l. 13. c. 11. On séparoit, dit-il, avec une aiguille ces peaux déliées: celles du milieu étoient estimées les meilleures. On les étendoit en leur laissant toute la longueur qu'elles pouvoient avoir, & coupant seulement ce qui débordoit aux extrémités. Sur cette premiere peau déliée on en étendoit une autre en travers & d'un autre sens; en sorte que les fibres & les filamens de l'une alloient de bas en haut, & ceux de l'autre de droite à gauche: c'est ce que veut dire Pline quand il s'énonce en ces termes *transversa postea crates peragitur.* Voilà le vrai sens de ce passage, qui a donné la torture à bien des commentateurs. *Crates* qui signifie une claye ou un treillis, ne veut pas dire qu'il y eût quelque tissure; mais il signifie simplement que la feuille du papyrus étoit composée de deux feuilles de la même plante collées ensemble, & disposées de maniere, que les filamens de l'une alloient de haut en bas, & ceux de l'autre en travers; en sorte que ces filamens se croisoient les uns les autres, & faisoient une espece de claye ou de treillis. L'eau du Nil trouble servoit de colle pour les joindre ensemble: on employoit aussi quelquefois la colle même. Ces feuilles ainsi collées étoient ensuite mises à la presse, d'où on les retiroit pour les exposer au soleil & les faire sécher; après quoi on les assembloit & on les disposoit de maniere, que les premieres feuilles étoient toujours les mieux conservées: il n'y en avoit jamais plus de vingt à une main.

III. Le papier d'Egypte, qui passoit pour le plus parfait, s'appelloit anciennement *charta Hieratica*, papier sacré, parce qu'on n'y écrivoit que les livres sacrés & qui regardoient la religion. On l'appella depuis par flaterie *charta Augusta*, du nom d'Auguste: un autre moins parfait fut nommé *charta Livia*, du nom de sa femme. Quelques éditions de Pline ont, *quæ ablutione Augusti nomen accepit, sicut secunda Liviæ è conjuge ejus*: mais on lit dans la plûpart, *quæ*

---

etiam testimonio Theophrasti Aristotelis discipuli, qui postquam commoda omnia ex papyro ad Ægyptios emanantia descripsit, adjicit l. 4. c. 9. καὶ ἐμφανέςατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιϐλία, *& folia illa ad scripturam idonea, apud exteras nationes celeberrima.* Hinc certe probatur illo jam ævo papyrum Ægyptiacam, in usu fuisse etiam apud exteras remotasque gentes. Originis autem illius tempus assignare nequimus.

II. Adornandorum hujuscemodi foliorum modus à Plinio pluribus describitur l. 13. cap. 11. & 12. *Præparantur ex eo chartæ*, inquit, *divisæ acu in prætenues, sed quam latissimas philuras*: quæ in medio erant pro melioribus habebantur. Extendebantur autem *longitudine papyri, quæ potuit esse, resegminibus utrinque amputatis.* Primæ hujusmodi philuræ transversa alia imponebantur, ita ut fibræ filaminaque unius à summo ad imum procederent, alterius vero à dextera ad sinistram. Illud autem intelligit Plinius, cum ait, *transversa postea crates peragitur.* Hunc puto esse verum hujus loci sensum, qui interpretes bene multos diu torsit. Crates hîc nominata, non aliquid textum exprimit; sed id tantum significat, chartam illam sive folia ex papyro facta ex duabus ejusdem plantæ philuris adornata fuisse, simul agglutinatis, atque ita dispositis, ut filamina unius à summo ad imum folium dirigerentur; alterius autem à dextera ad sinistram, ita ut illa filamina sese decussarent, & sic quamdam quasi cratem peragerent. Aqua Nili turbida, glutinis vice, philuras jungebat; sed aliquando etiam gluten ad illud adhibebatur. Hæc folia sic conglutinata, deinde prœlis premebantur, sole siccabantur: *atque inter se junguntur*, inquit Plinius, *proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas, nunquam plures scapo, quam vicenæ.*

III. Charta papyrea Ægyptiaca quæ omnium præcipua videbatur esse *antiquitus Hieratica appellabatur, religiosis tantum voluminibus dicata quæ ab adulatione Augusti nomen accepit, sicut secunda Liviæ à conjuge ejus.* Aliquot editiones Plinii ita habent, *qua ablutione Augusti nomen accepit, sicut secunda Liviæ à conjuge ejus.* Certe prior lectio magis placet, & sane per adulationem hasce chartas Augusti & Liviæ nomen accepisse;

ab adulatione Augusti nomen accepit, *&c.* Il ſemble plus naturel de dire, que par flaterie on lui donna le le nom de *charta Augusta*, que de dire, que c'étoit l'ablution ou la maniere de le laver qui lui faiſoit donner ce nom là. J'ai conſulté pluſieurs manuſcrits des Bibliothéques du Roi & de M. Colbert, qui ont *ab adulatione*.

Ces deux ſortes de feuilles d'Auguſte & de Livie tinrent depuis le premier & le ſecond rang : le troiſiéme fut donné à la Hiératique. Une autre ſorte de ce papier étoit appellé amphithéâtrique, parce qu'on le faiſoit près d'un certain amphithéâtre. Fannius grammairien Romain établit une manufacture à Rome, où ces feuilles de papier étoient rendues plus polies & plus propres à l'écriture : elles furent appellées *charta Fanniana*. Il y en avoit encore d'autres qui portoient le nom des lieux où on les faiſoit, comme la Saïtique & la Téniotique. Une autre qu'on nommoit Emporetique, étoit comme un papier broüillard, qui ne ſervoit que pour emballer le papier d'Egyte & d'autres marchandiſes. Ces feuilles n'étoient pas de grandeur égale : les plus excellentes avoient treize doigts de large ; la Hiératique en avoit onze, la Fanniene dix, l'Amphithéâtrique neuf; la Saïtique étoit encore plus étroite, en ſorte qu'elle n'avoit pas même la largeur du maillet dont on la frappoit : l'Emporetique ne paſſoit pas ſix doigts de largeur.

IV. Les feuilles qui portoient le nom de *charta Augusta*, & qui avoient paſſé pour les meilleures, perdirent enfin le rang qu'elles avoient tenu. Elles étoient ſi délicates, qu'à peine pouvoient-elles ſoûtenir le *calamus* : l'écriture perçoit, de maniere que les lignes du *verſo* paroiſſoient preſqu'une rature du *recto :* elles étoient d'ailleurs ſi tranſparentes, que cela faiſoit un effet très-déſagréable à la vuë. L'Empereur Claude en fit faire de plus épaiſſes & de plus fortes qui furent de meilleur uſage ; de ſorte que celles-là furent les plus eſtimées, & celles d'Auguſte & de Livie ne ſervirent plus que pour écrire des lettres miſſives. Ces feuilles plus fortes étoient jointes avec de la colle ; on les battoit avec un maillet, & on les poliſſoit enſuite ou avec une dent de quelque animal, ou avec une coquille.

V. Il ne faut pas douter que depuis le temps de Pline on n'ait perfectionné ces feuilles de papyrus. Caſſiodore l. 11. ep. 38. vante celles de ſon temps : il dit qu'elles étoient blanches comme la neige ; que quoiqu'elles fuſſent compoſées d'un grand nombre de petites piéces, il n'y paroiſſoit point de jointu-

---

id certe longe melius quadrare videtur, quam ſi dicatur hanc denominationem ab ablutione profectam eſſe. Non paucos adii Plinii codices manuſcriptos in Bibliothecis Regia & Colbertina, qui omnes habent *ab adulatione*.

Hæc chartarum Auguſti nempe & Liviæ genera primum & ſecundum locum poſtea obtinuerunt ; tertius autem locus Hieraticæ datus fuit. Alia hujuſcemodi charta Amphitheatrica appellata fuit, quia propre Amphiteatrum quoddam apparabatur : *Excepit hanc*, inquit Plinius, *Romæ Fannii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpolatione, principalem fecit è plebeia & nomen ei dedit.* Aliæ chartæ à locis denominabantur, ut Saïtica & Tæniotica. *Emporetica* vero *inutilis ſcribendo, involucris chartarum, ſegeſtriumque in mercibus uſum præbet, ideo à mercatoribus cognominata.* Addit ſub hæc Plinius : *Magna in latitudine earum differentia XIII. digitorum optimis: duo detrahuntur Hieraticæ. Fanniana denos habet, & uno minus Amphitheatrica, pauciores Saïtica, nec malleo ſufficit. Nam Emporeticæ brevitas ſex digitos non excedit.*

IV. Charta illa quæ nomen Auguſti tulerat, & quæ melior æſtimata fuerat, primatum tandem amiſit. *Nimia quippe Auguſtæ tenuitas, tolerandis non ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens litteras, lituræ metum afferebat adverſis, & alias indecoro viſu pertranſlucida.* Claudius Imperator & denſiores & fortiores fecit, quarum commodior uſus. Hæ itaque chartæ in uſu fuere. Auguſta & Liviana, ſcribendis tantum epiſtolis deputatæ ſunt. Illæ ſolidiores chartæ glutine jungebantur, malleo tenuabantur, poſteaque lævigabantur vel dente vel cochlea.

V. Nihil eſt dubii quin à Plinii tempore hæ chartæ ad perfectiorem deductæ modum fuerint. Caſſiodorus ævi ſui chartas laudat, aitque l. 11. epiſt. 38. *junctura ſine rimis viſcera nivea virentium herbarum.*

re, & que ſur une ſurface unie on pouvoit écrire fort proprement. Comme l'experience donne lieu de perfectionner toutes choſes, on fit dans la ſuite des feuilles plus fortes & mieux collées qu'à l'ordinaire; en ſorte qu'il n'y avoit point à craindre que l'encre perçât de l'autre côté. Mais malgré toutes les précautions, on ne pouvoit éviter que ces feuilles de papier, trop fragiles pour ſe ſoutenir, ne dépériſſent en peu de temps, ſurtout quand on les employoit à faire des livres. On s'aviſa donc de les entremêler de feuilles de velin, ſur leſquelles l'écriture étoit continuée: de ſorte qu'après quatre, ou cinq, ou ſix, ou quelquefois ſept feuillets de papier d'Egypte, on mettoit deux feuillets de velin. C'eſt ce qu'on peut voir dans un livre de papier d'Egypte de l'Abbaye de S. Germain des Prez, qui contient une partie des Epîtres de S. Auguſtin. On y voit les feuilles diſpoſées en la maniere que Pline vient de le décrire; deux feuillets ſont collés enſemble en ſorte que les filamens de l'une vont du haut en bas, & ceux de l'autre vont de travers, *tranſverſa poſtea crates peragitur*. On n'y remarque pas cette blancheur dont parle Caſſiodore; mais outre que ce livre en peut avoir beaucoup perdu dans une ſi longue ſuite de ſiécles, (car ſelon le ſentiment des connoiſſeurs il a environ onze cent ans) Caſſiodore ſemble ne parler que des feuilles de papier d'Egypte les plus parfaites. Quoi qu'il en ſoit, les lettres y ſont en bon état, & l'encre ſans s'étendre a conſervé toute ſa noirceur. Ce n'eſt pas le ſeul livre qui nous reſte, où les feuilles de papier d'Egypte ſoient entremêlées de feuilles de velin; il y en a encore un autre dont nous parlerons plus bas.

Cum autem experientia omnia perficiat, deinde chartæ fieri cœperunt, & firmiores & glutine tenacius conjunctæ, ita ut atramentum nunquam poſſet in averſa charta vel tantillum penetrare. Verum hæ adhibitæ cautiones periculum omnino non tollebant, ne fragilioris materiæ chartæ per modicum tempus durarent; cum maxime adornandis libris adhibebantur. Demum igitur eo ventum eſt ut illæ chartæ cum pergamenis aut vitulinis admiſcerentur, in quibus additis vitulinis chartis ſcriptura continuabatur; itaque poſt quatuor, quinque, ſex vel etiam aliquando ſeptem folia papyrea, duæ vitulinæ chartæ apponebantur. Illud vero quiſque videre poſſit in papireo hujus Cœnobii libro, qui partem epiſtolarum S. Auguſtini complectitur. Folia ſunt eo quo Plinius deſcribit modo concinnata: duæ ſimul philuræ conglutinantur; ita ut unius filamina à ſumma ad imam partem tendant; alterius vero tranverſa ſunt, *tranſverſa poſtea crates peragitur*. Non albor ille quem Caſſiodorus deſcribit hic comparet; at præterquam quod hic liber à tot peractis ſæculis ex candore multum amiſerit neceſſe eſt: nam ut judicant eruditi, eſt vel ſexti, vel cum tardiſſime ſeptimi ſæculi; Caſſiodorus ibi de papyrea charta Ægyptiaca illa loqui videtur, quæ cæteris omnibus præſtabat. Ut ut res eſt, litteræ integræ ſunt, nihil paſſæ detrimenti: atramentum nigrorem ſervavit, nec ultra primum calami ductum extenſum eſt. Neque iſte ſolus eſt liber Ægyptiaca charta concinnatus, ubi vitulina folia admiſcentur: eſt & alius quem infra pluribus commemorabimus.





CHAPITRE TROISIÉME.

I. Grand commerce de papier d'Egypte qui se faisoit dans le monde connu. II. Lettres des Empereurs sur ce papier. La quantité extraordinaire qu'on en faisoit. III. Prodigieuses sommes qu'on en tiroit. IV. Livre très-ancien en papier d'Egypte. V. Plusieurs restes du papier d'Egypte du sixiéme siécle, qui se sont conservés jusqu'à notre temps. VI. La France employoit beaucoup de papier d'Egypte.

I. LEs Egyptiens faisoient dans tout le monde connu un grand commerce de leur papier. Theophraste le marque dans le passage que nous avons rapporté ci-devant, καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιϐλία, *& leurs feuilles à écrire fort renommées parmi les nations étrangeres.* Ce Commerce se répandit bien davantage dès le commencement de l'Empire Romain : il étoit très florissant du temps d'Auguste, comme on en peut juger par ce que nous avons dit ci-devant. Mais comme il falloit envoyer tous les ans de grandes charges de ce papier dans tout le monde, & qu'il arrivoit quelquefois que le Nil n'en fournissoit pas une quantité suffisante pour tant de nations ; cela faisoit qu'on en manquoit en certaines années. C'est ce qui arriva du temps de Tibere, selon Pline : le papier d'Egypte étant venu en petite quantité, & cela causant du tumulte, le Sénat nomma quelques commissaires pour en distribuer à chacun selon ses besoins, autant que la disette le permettoit.

II. Les Empereurs se servoient des feuilles de papier d'Egypte pour écrire des lettres & des mémoires. Domitien, dit Dion, écrivit les noms de ceux qu'il vouloit faire mourir, sur une feuille double de philyre, & la mit sous le chevet de son lit. Plutarque fait voir combien ce trafic étoit grand, quand il dit dans son traité contre Colotés : *Ne faudroit-il pas que le Nil manquât de papyrus, avant que ces gens-là cessassent d'écrire ?* L'Empereur Hadrien dans sa lettre à Servien consul, que Vopisque nous a conservée, met entre les principaux arts qu'on exerçoit à Alexandrie, celui de faire des feuilles à écrire : „ C'est „ une ville riche & opulente, dit-il, où personne ne vit dans l'oisiveté : les

---

CAPUT TERTIUM.

I. Quantum chartæ Ægyptiacæ commercium esset per totum pene orbem. II. Imperatorum litteræ in hujusmodi charta. Quam immensa chartæ moles conderetur, III. Quantum hinc pecuniæ proveniret. IV. Liber antiquissimus in charta Ægyptiaca. V. Quædam residua hujuscemodi folia à sexto sæculo ad hodiernum usque ævum servata. VI. Francia magnum chartæ Ægyptiacæ commeatum quotannis insumebat.

I. ÆGyptii per universum pene orbem magnos chartæ suæ commeatus mittebant. Id vero Theophrastus significat in eo quem supra attulimus loco, καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιϐλία, & chartæ illæ apud exteros summopere celebratæ. Illud porro ab initio Romani Imperii commercium nobilitatum est : admodum quippe florebat Augusti ævo, ut ex jam dictis arguere licet. Sed quia annis singulis ingentes hujusmodi chartarum commeatus ubique terrarum mitti oporteret ; neque Nili feracitas eadem semper observabatur ; hinc accidebat ut chartæ illæ certis quibusdam annis longe minore copia essent. Illud porro evenit Tiberio imperante. Hinc Plinius lib. 13. c. 13. *Factumque jam Tiberio Principe inopia chartæ, ut è Senatu darentur arbitri dispensandi : alias in tumultu vita erat.*

II. Imperatores papyreis utebantur chartis ad schedas. Domitianus, inquit Dio Cassius, nomina eorum quos interfici jussurus erat, in charta philuræ duplici descripsit, & sub pulvino lecti sui posuit. Plutarchus quanta ex chartis papyreis negotiatio esset, indicavit in libro contra Colotem, tom. 2. edit. Paris. p. 1126. ubi ait : *Annon Nilum à solita papyri segete desinere oporteret, antequam isti* scribendi finem facerent ? Imperator Hadrianus in epistola sua ad Servianum Consulem, quam Vospiscus in Saturnini vita posuit, inter præcipuas, quæ Alexandriæ exercebantur artes, hanc papyreæ chartæ parandæ posuit : *civitas opulenta*, inquit, *dives, fæcunda, in qua nemo*

„ uns travaillent au verre, les autres font de feuilles à écrire, d'autres de la toile ; „ on les voit tous vaquer à toute ſorte de métiers. Il y a là de l'ouvrage pour les „ gouteux & pour les aveugles ; ceux même qui ont la chiragre ou la goute aux „ mains, n'y manquent pas d'éxercice.

Sous les Antonins ce commerce continua dans la même force. Apulée dit au commencement de ſes Métamorphoſes, qu'il écrit ſur du papier d'Egypte avec une canne du Nil : car c'étoient le Nil & Memphis qui fourniſſoient la plûpart des cannes, dont on ſe ſervoit comme on ſe ſert aujourd'hui de plûmes.

Nous avons vu ci-devant que les Empereurs écrivoient leurs mémoires ſur des feuilles de papier d'Egypte. Herodien nous apprend que ces ſortes de feuilles étoient fort minces : λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν εἰς κεπτότητα ἠσκημένων, dit-il, parlant de l'Empereur Commode, qui écrivit ſur une de ces feuilles le nom de ceux qu'il vouloit faire mourir : mais ce mémoire étant tombé entre les mains des intéreſſés, ils ſe hâterent de le faire périr lui-même.

III. Le commerce de ce papier étoit ſi grand vers la fin du troiſiéme ſiécle, que le tyran Firmus s'étant emparé de l'Egypte, ſe vantoit qu'il avoit aſſez de papier & de colle pour nourrir ſon armée ; *& tantum habuiſſe de chartis, ut publice ſæpe diceret, exercitum ſe alere poſſe papyro & glutino.* Les commentateurs ne ſont pas d'accord ſur le ſens de ces paroles : Caſaubon croit que c'étoit du prix & de la vente de ce papier, que Firmus prétendoit pouvoir nourrir ſon armée ; Saumaiſe au contraire ſoutient que ce n'étoit pas de la vente du papier, mais du papier même, ſe fondant ſur ce que le papyrus eſt une plante bonne à manger. Il ne prend pas garde qu'il n'eſt pas ici queſtion de la plante, mais des feuilles de papier déja collées, *tantum habuiſſe de chartis*, de feuilles qui certainement ne pouvoient pas nourrir l'armée. Sur l'inſpection du manuſcrit de cette Abbaye, chacun peut juger ſi ces feuilles ont jamais été bonnes à manger, & ſi un grand magaſin de cette ſorte de vivres auroit pu nourrir une armée.

IV. Au temps de Conſtantin le Grand & de ſes ſucceſſeurs, le papier d'Egyte fut toujours en vogue dans l'Empire. C'eſt en ce ſiécle là ou environ que fut écrit le fameux livre de l'Evangile de S. Marc, qu'on garde encore aujourd'hui

---

vivat otioſus. Alii vitrum conflant ; ab aliis charta conficitur : alii Linypiones ſunt : omnes certe cujuſcumque artis videntur & habentur. Podagroſi quod agant habent : habent cæci quod faciant : ne chiragrici quidem apud ſe otioſi vivunt.

Antoninis imperantibus hujuſmodi commercium viguit pro more. Apuleius initio Metamorphoſeon ait ſcribere ſe in papyro Ægyptiaca, & Nilotico calamo. Nilus quippe & Memphis calamos affatim ſuppeditabant, quibus veteres utebantur, ut nos pennis utimur.

Supra vidimus Auguſtos ſchedas ſuas ut plurimum in papyri chartis ſcripſiſſe. Herodianus porro docet hæc folia admodum tenuia fuiſſe, cum de Commodo ait, λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, *accepta chartula ex iis quæ tenues admodum apparantur* ; in hac porro chartula nomina ſcripſit eorum quos interfici juſſurus erat. Sed cum hæc ſcheda in manus illorum incidiſſet qui necandi erant, maturarunt ipſi Commodi necem.

III. Tantum erat vertente ſæculo tertio chartæ Ægyptiacæ commercium, ut cum Firmus Tyrannus Ægyptum occupaſſet, ſeſe venditaret ac ſi chartæ hujuſcemodi ingentes ipſi opes ſuppeditarent, *& tantum habuiſſe de chartis*, inquit Vopiſcus, *ut publice ſæpe diceret, exercitum ſe alere poſſe papyro & glutino.* De verborum hujuſmodi ſenſu Commentatores diſputant : Caſaubonus putat exercitum à Firmo ali potuiſſe de chartis, id eſt de chartarum pretio : Contra vero Salmaſius opinatur de ipſis chartis Firmi exercitum ali potuiſſe, nec de pretio intelligendum eſſe locum. Nam, inquit, papyrus, ut veterum teſtimonio fertur, alimentum erat, atque in uſu apud Ægyptios. Neque animadvertit ille, hîc non de planta ipſa ac de papyro ſermonem haberi, ſed de chartis jam agglutinatis, papyro & glutino, quæ certe non poterant exercitum alere. Ex ſola Manuſcripti noſtri San-Germanenſis inſpectione quiſquis æſtimare poſſit, an horrea magna hujuſmodi alimentis & eſcis referta exercitum unquam alere potuerint.

IV. Conſtantini magni & ſucceſſorum ævo Ægyptiaca papyrus per orbem tranſvehebatur pro more ſolito. Hoc autem circiter ſæculo exaratus fuit celebris ille codex Evangelii ſancti Marci, quem hodie in

d'hui

d'hui dans le trésor de Venise. Je l'ai vu & examiné autant qu'on peut examiner un manuscrit qui est déja presque tout effacé, & si pourri que les feuilles étant toutes collées l'une contre l'autre, on ne peut tenter de tourner un feuillet sans que tout s'en aille en piéces. Ces feuilles de papier d'Egypte me semblerent beaucoup plus délicates que toutes les autres que j'ai vuës en différens endroits. Sur la forme des lettres il me parut que c'est le plus ancien manuscrit qu'on connoisse, & qu'on ne hazarde guére en disant qu'il est pour le plus tard du quatriéme siécle. Il fut mis l'an 1564. dans un caveau, dont la voute même est dans les marées plus basse que la mer voisine : de là vient que l'eau dégoute perpetuëllement sur ceux que la curiosité y amene. Cette grande humidité a mis le manuscrit en un état, qu'on n'y sçauroit lire deux mots de suite : on pouvoit encore le lire quand on l'y déposa en 1564.

S. Jérome nous apprend que l'usage de ce papier d'Egypte étoit toujours le même dans le cinquiéme siécle où il écrivoit : *Le papier ne vous a pas manqué* dit-il dans sa lettre à Chromace, *puisque l'Egypte continue son commerce ordinaire.* Les impôts sur le papier étant trop grands sur la fin du même siécle, ou au commencement du suivant, Theodoric Roi d'Italie, Prince modéré & équitable, en déchargea le public. Ce fut sur cela que Cassiodore écrivit la 38. lettre de son onziéme livre, où il semble féliciter toute la terre de la décharge de cet impôt sur une marchandise si nécessaire à tout le genre-humain.

V. Le sixiéme siécle nous fournit plusieurs monumens sur ce papier d'Egypte. M. Bianchini a fait depuis peu imprimer quelques feuilles de papier d'Egypte écrites au temps de l'Empereur Justin. C'est sur ce même papier qu'est écrite cette charte appellée *charta plenariæ securitatis*, de l'Empereur Justinien, que le P. Mabillon fit publier avec la forme des caractéres peu de temps avant sa mort. C'est un monument très-singulier, que chacun peut voir à la Bibliothéque du Roi. Je vis en 1698. à Venise dans la Bibliothéque du Procurateur Julio Justiniani trois ou quatre fragmens de papier d'Egypte, dont l'Ecriture étoit du même siécle, & assez lisible ; mais dont on ne pouvoit rien tirer, parce que c'étoient des morceaux rompus, où l'on ne trouvoit aucune suite.

VI. Au même siécle la France participoit autant que tout autre pays à ce

---

Venetiarum thesauro conservant. Vidi & exploravi, quantum explorari potest, liber vetustate pene deletus, & putredine usque adeo corruptus, ut folia omnia agglutinata sint, & si vel folium unum vertere tentes, omnia in minutas partes abeant & lacerantur. Hæ porro philuræ longe tenuiores fuisse videntur, quam aliæ omnes à me aliquot in locis conspectæ. Ex litterarum porro formam existimavi codicem illum esse antiquissimum omnium, quos unquam viderim vel memoratos audiverim : ac sine periculo dici posse exaratum fuisse cum tardissime quarto sæculo. Anno autem 1564. in subterranea illa camera locatus fuit, cujus ipse fornix in æstibus marinis ipsa pelagi vicini superficie demissior est. Indeque est quod eo in loco stillæ aquæ perpetuo decidant in adventantes. Ex tanto humore factum ut ne quidem duo verba continenter ibi legere possis : legebatur autem codex quando ibidem depositus est anno 1564.

Docet Hieronymus papyri Ægyptiacæ usum eumdem ipsum fuisse ævo suo, quinto nempe sæculo, cum ait in epistola ad Chromatium, Jovinum & Eusebium : *chartam non defuisse puto Ægypto ministrante commercia.* Cum circa ejusdem sæculi finem vectigalia nimia in papyrum Ægyptiacam imposita fuissent, Theodoricus Rex Italiæ, Princeps cui æqui bonique studium erat, omnia illa tributa abstulit, cujus rei occasione Cassiodorus trigesimam octavam epistolam undecimi libri scripsit, ubi universo orbi gratulari videtur fortunam suam, quod res tam necessaria generi humano à vectigalibus libera esset.

V. Sextum sæculum multa nobis monumenta offert in charta Ægyptiaca descripta. Eruditus vir D. Blanchinius paucis hinc annis folia quædam emisit tempore Justini Imperatoris scripta. In eadem charta descripta est illa quæ vocatur charta plenariæ securitatis Imperatoris Justiniani, quam Mabillonius paulo ante obitum suum cum characterum forma publicavit. Est porro monumentum singularissimum, quod quisque in Bibliotheca Regia videat. Anno autem 1698. Venetiis in Bibliotheca D. Julii Justiniani Procuratoris tria quatuorve fragmenta vidi in charta Ægyptiaca, quorum item scriptura sexti sæculi erat, quorum lectio non admodum difficilis ; sed quia fragmenta erant dirupta & lacerata, nihil inde potui expiscari.

VI. Eodem ipso sæculo Francia ipsa commeatu si-

commerce de papier, comme nous voyons dans la vie de S. Eugende moine du mont Jura, écrite vers ce temps-là. Il y avoit en ces contrées une jeune fille possédée du diable : on employoit tous les éxorcismes pour la délivrer de ce fâcheux hôte : on lia autour de son cou les mêmes éxorcismes écrits sur des feuilles de ce papier. Le diable se voyant pressé répondit : Quand vous m'accableriez de toutes les charges de papier qui viennent d'Alexandrie, je ne quitterai jamais ce corps dont je me suis saisi, à moins que vous ne m'apportiez un ordre exprès d'Eugende moine du mont Jura. Gregoire. de Tours nous marque encore ce négoce de papier d'Égypte, parlant à Felix Evêque de Nantes, Prélat trop mordant dans son stile : Si vous aviez, dit-il, été Evêque de Marseille, les navires qui y abordent ne vous auroient jamais rapporté d'huile ni d'autres marchandises, mais seulement du papier, afin d'avoir plus de moyen d'écrire pour dégrader & diffamer les gens de bien.

---

mili abundabat, ut in vita sancti Eugendi conspicimus. Is erat Monachus montis Jurani, & vita illius eodem ipso ferme tempore scripta fuit. Cum vero puella quædam à dæmone obsessa exorcismorum scripta circumferret cervicibus nixa : *tu mihi*, inquit diabolus, *Alexandrina, si placet, chartarum genera exonerata imponas ; nunquam tamen ex obtento vasculo poteris propulsare, dummodo solius Eugendi Jurensis Monachi ex hoc non afferas jussionem.* Gregorius quoque Turonensis l. 5. c. 5. *O si te habuisset Massilia Sacerdotem nunquam! naves oleum aut reliquas species detulisset, nisi tantum chartam, quo majorem opportunitatem scribendi ad bonos infamandos haberes.*

CHAPITRE QUATRIE'ME.

I. Livre de S. Augustin en papier d'Egypte, écrit vers le septiéme siecle. II. Le Joseph de la Bibliothéque de Milan en papier d'Egypte III. Autres feuilles de ce papier. IV. Charte de S. Denys en France en papier d'Egypte. V. Il faut distinguer l'écorce d'arbre du papier d'Egypte.

I. ENviron ce temps-là fut écrit le livre des Epitres de Saint Augustin, dont nous avons parlé ci-devant, le mieux conservé que j'aye encore vu entre ceux qui sont écrits en papier d'Egypte. Ce manuscrit avoit anciennement appartenu à l'Eglise de S. Juste de Narbonne, & avoit apparemment été écrit pour l'usage de cette Eglise : il tomba depuis en différentes mains, & je trouvai moyen de l'acquerir pour notre Abbaye. Le P. Mabillon parle dans sa Diplomatique p. 35. d'un autre manuscrit fort semblable à celui-ci, qui étoit autrefois de la Bibliothéque de M. Petau : il contient quelques sermons de Saint Augustin. Les feuilles de papier d'Egypte y sont comme dans le nôtre entremêlées de feuilles de parchemin à peu-près dans la même disposition. Je n'a-

---

CAPUT QUARTUM.

I. S. Augustini liber in charta Ægyptiaca septimo circiter sæculo scriptus. II. Josephus Bibliotheca Ambrosiana Mediolani in charta Ægyptiaca. III. Alia folia in charta eadem. IV. Diploma San-Dionisianum in charta eadem. V. Corticea charta à papyro Ægyptiaca distinguenda.

I. EOdem circiter tempore scriptus fuit liber epistolarum S. Augustini, de quo supra dicebamus, quo codice nullum adhuc saniorem vidimus, si scripturam, si folia ipsa spectaveris ; de codicibus papyreis Ægyptiacis tantum loquor. Hic manuscriptus liber olim fuerat Ecclesiæ sancti Justi Narbonensis, atque ut videtur ad Ecclesiæ istius usum scriptus fuerat. Abhinc cum ad alias devenisset manus, demum me procurante, in Congregationis nostræ potestatem transiit. Mabillonius noster libro de Re Diplomatica. p. 35. aliquem manuscriptum commemorat, olim Bibliothecæ D. Petavii, qui codex aliquos Augustini sermones complectitur, in quo papyri folia, quemadmodum & in nostro, aliquot vitulinis foliis admixta sunt, eodem prope situ atque numero. Co-

vois jamais pu voir ce manuſcrit, ni ne ſçavois où il étoit : mais ayant lu cette diſſertation à une aſſemblée publique de l'Académie, celui qui en étoit le maître, jugea que ſon manuſcrit étoit de grand prix. Il eut envie de le vendre, & le vendit en effet fort avantageuſement à M. Hulin de Genéve.

II. Le manuſcrit en papier d'Egypte que l'on conſerve à la bibliothéque de S. Ambroiſe de Milan, contient quelques livres des Antiquités Judaïques de Joſeph en Latin. Il eſt à peu près de la même antiquité que les deux dont nous venons de parler; mais il n'eſt pas à beaucoup près en ſi bon état que celui de notre Abbaye, quoiqu'il y ſoit conſervé avec tout le ſoin poſſible. Les étrangers le vont voir comme un objet de leur curioſité.

III. On voit dans la même ville au cabinet des Meſſieurs Settala une feuille de papyrus gardée fort précieuſement, où eſt écrit un catalogue des reliques qui étoient à Rome du temps de S. Grégoire le grand Pape. C'eſt un nommé Jean qui l'a écrit, comme il eſt marqué au bas du catalogue, ſur lequel M. Muratori a fait une ſçavante diſſertation.

Je découvris l'an 1703. dans la bibliothéque de S. Martin de Tours, les reſtes d'un vieux livre Grec écrit ſur du papier d'Egypte, & autant que j'en pus juger par le caractére, d'une main Grecque & dans le ſeptiéme ſiécle Il n'y a ni accens ni eſprits, & il n'en reſte qu'autant qu'il faut pour connoître que c'étoit un auteur Eccléſiaſtique. Trois petits fragmens de la bibliothéque de l'Empereur, écrits ſur du papier d'Egypte & donnés par Lambec, paroiſſent être d'un temps un peu plus bas.

IV. Un inſigne monument des archives de Saint Denys en France mérite d'avoir place dans ce diſcours : c'eſt un grand rouleau, qui contient une lettre d'un Empereur de Conſtantinople à un Roi de France. Comme une feuille de papier d'Egypte ſi longue & ſi fragile dépériſſoit tous les jours, les Religieux s'aviſerent enfin il y a fort long-temps de la coller ſur un rouleau de parchemin: mais une grande partie de la lettre avoit déja peri, tout le commencement y manque; de plus il eſt ſauté des deux côtés pluſieurs mots de chaque ligne; de ſorte qu'on ne peut plus preſque qu'on devinant ſçavoir dequoi il s'agit. On

---

dicem iſtum nuſquam videre potueram, neque in quorum manus deveniſſet deprehendere. Verum cum hanc diſſertationem in papyrum Ægyptiacam in publico Academiæ Litteratorum & Inſcriptionum cœtu legiſſem, is ad quem tum pertinebat ille codex, ubi ex iis quæ dixeram, codicem ſuum magni eſſe precii intellexit : de vendendo illo cogitavit, ac revera magno precio vendidit *Illmo* D. *Hulin* Genevenſi.

II. Codex ille ex papyro Ægyptiaca qui in Bibliotheca S. Ambroſii Mediolanenſis aſſervatur, libros aliquot continet Antiquitatum Judaïcarum Joſephi latine. Ejuſdem eſt circiter vetuſtatis, atque duo alii jam memorati; ſed quantum ad conſervationem & foliorum integritatem ſpectat, cum noſtro San-Germanenſi comparari nequit, etſi ſumma cura atque diligentia Mediolani ſervetur. Quotquot in Italiam peregrinantur, codicem Joſephi Mediolanenſem adire non negligunt.

III. Eadem in urbe in Muſæo DD. Septalorum aſſervatur papyri folium, & quaſi cimelium habetur, folium unicum ex papyro Ægyptiaca, in quo ſcriptus catalogus exſtat reliquiarum quæ Romæ erant tempore S. Gregorii Magni Papæ. Catalogum porro ſcripſit quiſpiam Joannes nomine, ut in imo folio annotatur : in quem catalogum eruditam diſſertationem edidit V. Cl. Muratorius.

Anno 1703. in bibliotheca S. Martini Turonenſis in reliquias quaſdam veteris Græci codicis incidi in charta papyrea concinnati, & quantum ex Græco charactere dijudicare potuit manu Græca exarati ſeptimo circiter ſæculo. Ibi nec accentus, nec ſpiritus obſervantur, atque ex iis quæ ſuperſunt, illud tantum deprehendere potuimus, hunc auctorem nempe fuiſſe Eccleſiaſticum. Tria exigua fragmenta bibliothecæ Cæſareæ à Lambecio publicata, paulo recentiora eſſe videntur.

IV. Monumentum inſigne in charta papyrea in Archivio San-Dionyſiano aſſervatum, huc haud dubie referendum, & commemorandum eſt. Eſt volumen magnum, ſive, ut vocabant, rotulus, in quo epiſtola Imperatoris cujuſdam Conſtantinopolitani ad Regem Francorum ſui temporis. Cum autem folium ex papyro Ægyptiaca, materia nempe ita fragili, ita oblonga, in dies ſine adverſario periret : Monachi tandem, ſed à multo jam tempore, cum oblongo pergameni folio Ægyptiacum illud folium agglutinaverunt, ne prorſus interiret. Verum ejus maxima pars veſtutate jam avulſa fuerat. Totum principium linearum multarum deſideratur : ad hæc vero ex ambobus lateribus avulſa multa ſunt; & in verſu quolibet aliquot verba hinc & inde deſiderantur; ita ut nonniſi divinando, qua de re agatur, detegi poſſit.

y voit pourtant que cet Empereur tâche de faire la paix entre le Roi de France auquel il écrit, & un autre Roi dont le nom a ſauté avec les bords de la feuille. La ſignature de cet Empereur ſe lit au bas de la lettre ; & quoique le commencement de ſon nom n'y ſoit plus, on voit bien qu'il y avoit *Conſtantinus.* Ce nom eſt écrit en rouge avec la liqueur qu'on appelloit cinnabari, parce qu'elle étoit compoſée de cinnabre, liqueur dont les Empereus ſe ſervoient pour leurs ſignatures. J'ai donné dans la Paleographie Grecque cette épître avec la forme des caractéres Grecs ; & j'ai dit par conjecture, que cet Empereur pouvoit être Conſtantin Copronyme, qui écrivoit à Pepin, avec lequel nous ſçavons qu'il a été en quelque commerce. Il tâchoit de faire la paix entre Pepin & Aiſtulphe Roi des Lombards ; eſperant qu'à la faveur d'un traité fait par ſon entremiſe entre ces deux Princes, on lui rendroit l'Exarcat de Ravenne que Aiſtulphe avoit uſurpé ſur les Empereurs. Ce qui ſemble favoriſer ce ſentiment, eſt que cette lettre grecque eſt ſignée en Latin *Conſtantinus*, & que les Empereurs de temps plus bas ſignoient en Grec, quoique nous ne ſçachions pas préciſément en quel temps les Empereurs de Conſtantinople ont ceſſé de ſigner en Latin. Je ne diſſimulerai pourtant pas qu'il y a une difficulté qui ſembleroit affoiblir cette conjecture ; c'eſt que cette lettre eſt écrite à grands traits de plume, à une diſtance de près de trois pouces d'une ligne à l'autre, d'un caractére courant & lié, à peu près de la forme de celui dont on ſe ſervoit à la fin du dixiéme & au commencement du onziéme ſiécle. Or il eſt certain que du temps de Conſtantin Copronyme on n'écrivoit point encore en Grece en caractére lié, tous les livres qui nous reſtent de ces temps-là ſont en lettre onciale ou capitale ; & les premiers livres que nous trouvons écrits en lettre courante & liée, ſont de la fin de l'Empire de Baſile le Macédonien, plus de cent ans après la mort de Conſtantin Copronyme. On peut répondre à cela, qu'à la vérité le caractére courant n'étoit pas encore en uſage pour les livres ; mais qu'il l'étoit pour les Tachygraphes, pour les Notaires & pour les Secrétaires des Empereurs, non ſeulement du temps de Conſtantin Copronyme, mais auſſi dan sdes temps bien plus anciens. C'eſt dommage que ce monument ait été gâté juſques

---

Illud tamen clare intelligitur ; nempe Imperatorem illum de pace inter Regem Francorum, aliumque Regem concilianda agere ; utriuſque vero Regis nomen avulſum fuit cum utraque folii ora. In imo autem folio nomen Imperatoris in cinnabari deſcriptum fuit : ac licet initium nominis illius ibi non ultra compareat, ex iis quæ ſuperſunt clare intelligitur lectum ibi fuiſſe *Conſtantinus.* In cinnabari porro Imperatores litteras ſuas ſubſcribere ſolebant, ut diximus in Palæographia græca, ubi hanc epiſtolam cum characterum forma protuli, atque ex conjectura dixi hunc Imperatorem eſſe poſſe Conſtantinum Copronymum ad Pipinum Regem hanc epiſtolam mittentem, quicum aliquam habuiſſe conſuetudinem probe novimus. De pace autem agebat, ut auguramur, concilianda Pipinum inter & Aiſtulphum Longobardorum Regem ; ſperans ex conſtituta per miniſterium ſuum inter ambos pace, id in ſui commodum emerſurum eſſe, ut ſibi reſtitueretur Ravennæ exarchatus, quem Aiſtulphus Imperatoribus Conſtantinopolitanis abſtulerat. Hinc autem opinio iſthæc noſtra firmari videtur, quod hæc epiſtola græca latinam ſubſcriptionem CONSTANTINUS præ ſe ferat : at inferioris ævi Imperatores græce nomina ſua ſcribebant : attamen quo tempore Imperatores Græci latine in fine diplomatum ſubſcribere deſierint ignoramus. Non diſſimulabo tamen adverſus hanc conjecturam noſtram aliquid difficultatis emergere. Hæc ſcilicet epiſtola magnis calami ductibus exarata eſt, & ab uno verſu ad ſequentem uſque tres ferme pollices latitudinis vacui deprehenduntur, character vero ductibus colligatus eſt, ejuſdem circiter formæ qua utebantur Græci in fine decimi & initio undecimi ſæculi. Atqui certum eſt tempore Conſtantini Compronymi nondum in Græcia cœptum fuiſſe deſcribi charactere illo ductibus calami ligato, quo litteræ ſubſequentibus jungebantur. Omnes libri illius temporis, litteris uncialibus non ligatis deſcripti ſunt. Primi autem libri, qui charactere ligato & currente ſunt deſcripti ad finem imperii Baſilii Macedonis pertinent, annis pluſquam centum elapſis ab imperio Conſtantini Copronymi. Huic porro difficultati reſponderi poteſt, characterem currentem & ligatum tempore Conſtantini Copronymi nondum uſurpatum fuiſſe pro libris deſcribendis ; ſed in uſu fuiſſe Tachygraphis, Notariis, & iis qui Imperatori ab epiſtolis erant ; idque non modo Conſtantini Copronymi tempore, ſed etiam ſæculis longe anterioribus. Certe in magnum

au point, qu'on ne puiſſe pas même ſçavoir préciſément de quoi il s'agit, quoiqu'il en reſte encore aſſez pour juger que c'étoit un ſujet intéreſſant.


V. On ſe ſervoit auſſi de ce papier dans la France, dans l'Italie & dans les autres pays de l'Europe pour des lettres & pour des actes ou des inſtrumens publics. Il en reſte encore un aſſez grand nombre dans les Abbayes & dans les Archives des Egliſes. On en voit à S. Denys, à Corbie, à l'Abbaye de la Graſſe & en d'autres endroits. Mais il faut ſe donner de garde de confondre le papier d'Egypte avec d'autres feuilles aſſez approchantes & qu'on appelle depuis long-temps papier d'écorce, *corticea charta*. Car comme les charges de papier d'Egypte n'abordoient que ſur les côtes de la mer méditerranée, les pays éloignés de cette mer en pouvoient ſouvent manquer: & en ce cas là ils eſſayoient d'autres matieres, qu'il jugeoient propres pour l'écriture; & ils écrivoient ſur ces pellicules qui ſe trouvent dans les arbres entre l'écorce & le bois, & qu'on appelloit anciennement *liber*, d'où vient le nom de livre.

Nos Miſſionnaires du Canada l'ont auſſi fait preſque de nos jours, quand ils manquoient de papier: Nous avons dans notre Bibliothéque quelques lettres écrites de ce pays-là ſur des feuilles ſemblables; une entr'autres du P. Poncet Jéſuite écrite en 1647. Nos anciens de même, au défaut de papier d'Egypte, tiroient des arbres ces ſortes de feuilles à écrire, qu'ils faiſoient les plus grandes qu'ils pouvoient. Tel eſt un grand rouleau du Senateur Antonio Capello à Veniſe, qui contient un acte juridique fait il y a environ huit cent ans dans la ville de Rieti autrefois Reate. Tel eſt un manuſcrit de notre Abbaye, dont l'écriture eſt preſque toute effacée. Ces feuilles ſont ordinairement plus épaiſſes & plusgr oſſieres que le papier d'Egypte.

Francicæ Hiſtoriæ detrimentum accidit, hoc monumentum uſque adeo labefactatum fuiſſe, ut ne quidem qua de re agatur certo ſciri poſſit: etſi ea quæ ſuperſunt ſatis ſint ut intelligatur rem magni fuiſſe momenti.

V. Hoc etiam chartæ genere utebantur in Gallia, in Italia, in cæteriſque Europæ partibus ad epiſtolas & ad acta, inſtrumentaque publica. Eorum adhuc ſat magnus ſupereſt numerus in Cœnobiis, atque in Archiviis Eccleſiarum. Hujuſmodi inſtrumenta ſunt in Monaſteriis San-Dionyſiano, Corbeienſi, Graſſenſi in aliiſque locis. Verum cave ſis ne papyrum Ægyptiacam cum aliis ad ſcribendum uſurpatis foliis confundas, quæ folia papyro non abſimilia ſunt, & à multo jam tempore corticea charta vocantur. Cum enim commeatus illi ex charta papyrea ad oram Mediterraneam ſolum appellerent; qui à Mediterraneo mari longo ſpatio diſtabant, ſæpe hanc chartam papyream ad votum non habebant, & alia conſimilia folia experiri cogebantur, atque aliquando in illis pelliculis ſcribebant quæ in arboribus inter lignum & corticem habentur, vocanturque *liber*, hinc autem libris nomen impoſitum à multis creditur.

Ii qui Canadenſem miſſionem priores ſuſceperunt noſtrates, hujuſmodi etiam arborum pelliculis, deficiente charta, utebantur. In Bibliotheca noſtra aliquot epiſtolæ aſſervantur ex illa regione ſcriptæ in hujuſcemodi foliis, quarum autem ex illis eſt R. P. Poncet Jeſuitæ ſcripta anno 1647. Sic etiam veteres majoreſque noſtri ex arboribus folia hujuſcemodi decerpebant, & quam maxima poterant apparabant. Hujuſmodi eſt ingens volumen in muſeo Cl. Viri Antonii Capelli Venetiis, in quo documentum juridicum annis abhinc octingentis exaratum in civitate, cui nomen Reate: hujuſmodi etiam codex hujus Cœnobii cujus ſcriptura pene deleta eſt. Hæc autem folia ut plurimum craſſiora, denſioraque ſunt papyro Ægyptiaca.





CHAPITRE CINQUIE'ME.

I. L'invention du papier de cotton a fait tomber le papier d'Egypte en Grece. II. En quel temps fut trouvé le papier de cotton. III. La disette de parchemin a fait tomber un grand nombre d'excellens auteurs. IV. Le papier de cotton appellé charta Damascena. *V. Le papier de chiffon a fait tomber le papier d'Egypte en Europe. VI. Feuillet de papier d'Egypte représenté dans une planche. VII. Qu'est-ce qu'on appelloit* Pugillares.

I. IL nous reste à sçavoir en quel temps est-ce que l'usage du papier d'Egypte a cessé : il y a tout lieu de croire que c'est l'invention du papier de cotton, qu'on appelle *charta Bombycina*, qui l'a fait tomber en Gréce. Ce papier est incomparablement meilleur, plus propre à écrire, & se conserve bien plus longtemps. On ne sçauroit dire précisément quand on s'est avisé d'en faire de cette matiere. Je fis là-dessus une dissertation à Rome l'an 1700. à la priere du Général de l'Ordre de S. Basile, nommé Dom Pietro Menniti. Les Religieux de Sicile de son Ordre avoient un procès pour une terre dont on leur disputoit la possession. Ils produisirent le titre original de la fondation, écrit il y avoit six cent ans sur du papier semblable. La partie s'inscrivit en faux, prétendant qu'en ce temps-là ce papier n'étoit pas encore inventé. Le P. Général me pria donc de lui fournir des preuves contre la prétention de sa partie : je fis un écrit où je prouvai par des autorités claires & certaines, que le papier de cotton étoit en usage en 1100. Depuis ce temps-là j'ai fait sur le même sujet quelques découvertes, dont je m'en vais rendre raison ici.

II. Ce papier s'appelle en Grec χάρτης βομβύκινος ou βαμβάκινος, ce qui signifie papier de cotton. Quoique βόμβυξ se prenne dans les auteurs pour la soye, il se prend encore, surtout dans les bas temps, pour le cotton, aussi-bien que βάμβαξ. De-là vient que les Italiens appellent encore aujourd'hui le cotton *bambaccio*. Ce fut au neuviéme siécle ou environ que l'on commença dans l'Empire d'O-

---

CAPUT QUINTUM.

I. Inventio chartæ cuttuneæ seu Bombycinæ papyrum Ægyptiacam in Græcia dejecit. II. Quo ævo inventa sit charta Bombycina. III. Membranarum raritas occasio fuit cur multi ex præclaris antiquis Scriptoribus interirent, quomodo. IV. Charta Bombycina cur vocetur charta Damascena. V. Charta ex detritis pannis chartam papyream in Europa dejecit & abstulit. VI. Scripturæ duarum paginarum in charta Ægyptiaca repræsentantur in tabula. VII. Pugillares quid essent.

I. JAm quærendum restat quo tempore papyri Ægyptiacæ usus desierit. Nihil esse dubii videtur, chartam Bombycinam adinventam in causa fuisse cur charta papyrea Ægyptiaca in Græcia desierit. Charta quippe Bombycina longe melior, ad scriptionem commodior, solidiorque, ac quæ possit diutius conservari. Vix dicatur quo tempore hujuscemodi charta adinventa fuit. Cum Romæ essem ea de re dissertationem feci anno 1700. rogante Domno Petro Mennitio Ordinis S. Basilii Superiore generali. Monachi Siculi ejusdem Ordinis, de prædio quodam litigabant. Fundationis autem instrumentum originale ipsi protulerunt ad partes tutandas, à sexcentis circiter annis in charta Bombycina descriptum. Reclamarunt adversæ partes dictitantes chartam Bombycinam non esse tantæ vetustatis, neque illo ævo inventam adhuc fuisse, ac proinde quasi nothum repudiandum instrumentum esse. Rogatu igitur summi Ordinis Præfecti, quæ tum succurrebant scripto tradidi, ac chartam hujusmodi anno 1100. in usu fuisse comprobavi: deinceps vero ex diuturna tractatione comperi, vetustiorem illam chartam esse, idque jam expendere libet.

II. Hæc charta græce vocatur χάρτης βομβύκινος seu βαμβάκινος, id quod chartam ex gossipio significat. Βόμβυξ tamen apud Plinium, cæterosque Scriptores pro serico accipitur : sed etiam inferiori maxime ævo pro gossipio habetur, perinde atque Βάμβαξ : hinc vero fit ut gossipium apud Italos hodiernos *bambaccio* appelletur. Nono autem vel circiter sæculo

rient à en faire du papier : en voici les preuves. Il y a plusieurs manuscrits Grecs, tant en parchemin qu'en papier de cotton, qui portent la date de l'année où ils ont été écrits ; mais la plûpart sont sans date. Sur les manuscrits datés on juge plus sûrément par la comparaison des écritures, de l'âge de ceux qui ne le sont pas. Le plus ancien manuscrit de papier de cotton que j'aye vu avec la date, est celui du Roi numeroté 2889. qui fut écrit en 1050. Un autre de la Bibliothéque de l'Empereur, qui porte aussi sa date, est de l'année 1095. Mais comme les MSS. sans date sont incomparablement plus nombreux que ceux qui sont datés, je me suis encore éxercé sur ceux-là & par la comparaison des écritures j'en ai découvert quelques-uns du dixiéme siécle, entr'autres un de la Bibliothéque du Roi cotté 2463. Si l'on faisoit la même recherche dans toutes les Bibliothéques tant de l'Orient que de l'Occident, on en trouveroit apparemment d'autres ou du même temps, ou peut-être plus anciens. Cela me fait juger que ce papier bombycin ou de cotton peut avoir été inventé au neuviéme siécle, ou pour le plus tard au commencement du dixiéme. A la fin du onziéme & au commencement du douziéme, l'usage en étoit répandu dans tout l'empire d'Orient, & même dans la Sicile. Roger Roi de Sicile dit dans un diplome écrit en 1145. rapporté par Rocchus Pyrrhus p. 91. qu'il avoit renouvellé sur du parchemin une charte qui avoit été écrite l'an 1102. sur du papier de cotton, *in charta cuttunea*, & une autre qui étoit datée de l'an 1112. Environ le même temps l'Impératrice Irene, femme d'Alexis Comnene, dit dans sa régle faite pour des Religieuses qu'elle avoit fondées à Constantinople, qu'elle leur laisse trois éxemplaires de la régle, deux en parchemin, & un en papier de cotton ; & de même deux cérémoniaux en parchemin, & un en papier de cotton. Depuis ce temps là ce papier fut encore plus en usage dans tout l'Empire de Constantinople. On compte aujourd'hui par centaines les manuscrits Grecs de papier bombycin, qui se trouvent dans les grandes Bibliothéques.

III. Cela vint fort à propos dans un temps où il paroît qu'il y avoit grande disette de parchemin ; ce qui nous a fait perdre plusieurs anciens auteurs : voici comment. Depuis le douziéme siecle les Grecs plongés dans l'ignorance, s'aviserent de racler les écritures des anciens manuscrits en parchemin, & d'en ôter autant qu'ils pouvoient toutes les traces, pour y écrire des livres d'Eglise.

---

chartam hujusmodi concinnare cœperunt : id quod ex sequentibus notis indiciisque asseri videtur. Multi græci manuscripti, cum membranacei, tum bombycini notam anni quo exarati fuerunt, repræsentant ; sed codicum major pars notam anni non habent. Ex illis porro notam anni præferentibus, illis qui notam anni non habent, comparatione facta, cujus nempe sint ætatis, judicatur. Iter codices illos nombycinos, quos inspexi, qui antiquiorem & claram ætatis notam ab amanuensi additam habet, est codex Regius numero 2889. qui descriptus fuit anno 1050. Alius ex Bibliotheca Cæsarea anni notam habens, scriptus fuit anno 1095. At cum ii codices manuscripti qui descriptam anni notam nullam præferunt, longe majore numero sint, quam ii qui notam hujusmodi descriptam habent ; in illis etiam anno nullo notatis κριτήριον adhibui, atque ex scripturarum comparatione aliquos bombicynos decimi esse sæculi comperi : interque alios in Bibliotheca Regia illum qui numero 2436. signatus est. Si par diligentia adhiberetur circa alios bombycinos, qui in bibliothecis tum Orientalibus tum Occidentalibus exstant, alii forte occurrerent aut ejusdem, aut superioris ævi. Hinc porro conjicio hanc chartam bombycinam sive cuttuneam inventam fuisse nono sæculo, vel cum tardissime initio decimi. In fine autem undecimi, & initio duodecimi jam usu veniebat per totum Orientale Imperium. Sexcentos autem hujusmodi codices in bibliothecis per Europam enumeramus.

III. E re autem accidit ut hæc bombycina charta frequentis esset usus, cum maxime membranarum penuria magna infimo ævo fuisse videatur : quæ causa fuit ut multos veterum scriptorum, eosque eximios amiserimus. Illud autem sic evenisse comperimus. A sæculo duodecimo Græci in magna bonarum litterarum ignorantia versantes, veterum librorum membranaceorum scripturam abradere cœperunt, & priscarum litterarum vestigia quantum poterant abo-

Ce fut ainſi qu'au grand préjudice de la République des lettres, les Polybes, les Dions, les Diodores de Sicile, & d'autres auteurs que nous n'avons plus, furent métamorphoſés en Triodions, en Pentecoſtaires, en Homelies, & en autres livres d'Egliſe. Après une éxacte recherche, je puis aſſurer que des livres Grecs écrits ſur du parchemin depuis le douziéme ſiécle, j'en ai plus trouvé dont on avoit raclé l'ancienne écriture, que d'autres. Mais comme tous les copiſtes n'étoient pas également habiles à effacer ainſi ces premiers auteurs, il s'en trouve quelques-uns où l'on peut lire au moins une partie de ce qu'on avoit voulu raturer.

Pour revenir à notre ſujet, ce fut l'invention de ce papier de cotton qui fit tomber en Orient le papier d'Egypte. S'il en faut croire Euſtathe qui écrivoit vers la fin du douziéme ſiécle, l'uſage de ces feuilles de papier d'Egypte, qu'il appelle ξυλοχαρτία, avoit ceſſé peu de temps avant qu'il écrivît, ὧν ἡ τέχνη ἄρτι ἀπήλειπῖαι. Il ne faut pas croire que le papier de cotton ait d'abord fait tomber celui d'Egypte; ces ſortes de choſes nouvellement inventées ne s'établiſſent ordinairement que peu-à-peu.

IV. Il eſt à remarquer qu'un Grec qui fit du temps d'Henry ſecond le catalogue des manuſcrits Grecs de la bibliothéque du Roi, appelle toujours le papier bombycin ou le papier de cotton, *Charta Damaſcena*, le papier de Damas. Eſt-ce parceque ce papier de cotton avoit été inventé à Damas? ou eſt-ce parce qu'il y avoit en cette ville quelque célébre manufacture de papier de cotton? ou eſt-ce parce que cette maniere de faire du papier, venuë des nations Orientales, avoit été communiquée aux Grecs par les Damaſceniens? C'eſt ce qu'on ne pourra jamais décider, à moins que quelque monument ne nous inſtruiſe là-deſſus.

V. Quant à l'origine du papier dont nous nous ſervons aujourd'hui, nous n'en ſçavons rien de bien précis. Thomas Demſter dans ſes gloſes ſur les inſtituts de Juſtinien, dit qu'il a été inventé avant l'âge d'Accurſe, qui vivoit au commencement du treiziéme ſiécle: *Bombicæ chartæ paulo ante ætatem Accurſii excogitatæ ſunt*. Quoiqu'il parle là du papier bombycin, je crois qu'il comprend auſſi ſous ce nom le papier de chiffon, qui eſt aſſez ſemblable au papier de cotton. Il y a eu des pays où l'on ſe ſervoit de l'un & de l'autre, comme

lere, ut libros ad Eccleſiarum uſum perſcriberent. Sicque in magnum litterariæ rei detrimentum, Polybii, Diones, Diodori Sæculi, aliique Scriptores quos penitus amiſimus, in Triodia commutati ſunt, in Pentecoſtaria, in Homilias, inque alios libros Eccleſiaſticos. Re diligentius explorata affirmare auſim, ex libris græcis membranaceis à duodecimo ſæculo ſcriptis, qui in manus incidere meas, pluſquam dimidiam partem abraſam priorem ſcripturam exhibere. At cum omnes Scribæ & Amanuenſes non pari induſtria veterem ſcripturam abraderent; in aliquibus pars ſaltem eorum quæ abraſa fuerant adhuc legi poteſt.

Ad inſtitutum ut redeamus, inventa illa charta bombycina chartam papyream Ægyptiacam in Oriente abrogavit. Si ſit Euſtathio credendum Odyſſ. φ. p. 1913. qui verſus duodecimi ſæculi finem ſcribebat, uſus Ægyptiacæ chartæ, quam ille ξυλοχάρτια appellat, non diu antequam ille ſcriberet adhiberi deſierat, ὧν ἡ τέχνη ἄρτι ἀπήλειπῖαι. Neque enim putandum eſt chartam bombycinam ſtatim Ægyptiacam abrogaviſſe. Nam quæ nova adinveniuntur, ſenſim paulatimque in generalem uſum tranſeunt.

IV. Obſervandum eſt porro Græcum quempiam, qui tempore Henrici ſecundi catalogum manuſcriptorum Græcorum bibliothecæ Regiæ græce concinnavit, chartam Bombycinam ſemper appellare chartam Damaſcenam. An quia hujuſmodi charta Damaſci adinventa fuerat? An vero quia in iſta urbe quædam hujuſmodi chartarum officina celebris erat? An demum quia ex Oriente hic chartarum conficiendarum modus per Damaſcenos ad Græcos venerat? Illud certe quomodo factum ſit deprehendi nunquam poterit, niſi monumentum quodpiam rei geſtæ modum nobis aperiat,

V. Quod ſpectat autem originem chartæ papyreæ hodiernæ, nihil certi hac in re expiſcari poſſumus, nec niſi conjecturis rem tractamus. Thomas Demſterus in Gloſſis ad inſtituta Juſtiniani, paulo ante Accurſii ætatem inventam dicit: *Bombycæ chartæ*, inquit, *paulo ante Accurſii ætatem excogitatæ ſunt.* Etſi autem de charta bombycina loquatur, puto illum chartam etiam illam quæ ex detritis pannis confecta fuit eo nomine complecti, quæ charta bombycinæ admodum ſimilis eſt. In quibuſdam enim re-

Sicile, l'Etat de Venise, & peut-être d'autres. Plusieurs éditions d'Alde Manuce faites à Venise, sont sur du papier de cotton. Le voisinage de la Gréce y en aura sans doute porté l'usage. Demster semble donc parler de l'un & de l'autre papier. Mais nous avons sur le papier de chiffon un passage plus ancien & plus exprès dans Pierre Maurice, dit le Vénérable, contemporain de Saint Bernard. *Les livres que nous lisons tous les jours*, dit-il dans son traité contre les Juifs, *sont faits de peaux de belier, où de bouc, ou de veau, ou de plantes Orientales*; c'est-à-dire, du papyrus d'Egypte, *ou enfin du chiffon*, *ex rasuris veterum pannorum.* Ces derniers mots signifient assurément le papier tel que nous l'employons aujourd'hui. Il y en avoit donc déja des livres au douziéme siecle: & comme on a écrit des actes & des diplomes sur du papier d'Egypte jusques au onziéme siecle, ce qu'on peut voir dans les Archives des Eglises & des Abbayes, où il s'en trouve de ce siecle là; il y a apparence que c'est environ ce même siecle ou peu auparavant que le papier de chiffon à été inventé; & il est à croire que ce papier aura fait tomber le papier d'Egypte en Occident, comme celui de cotton l'avoit fait tomber en Orient. Pierre le Vénérable nous dit qu'il y avoit déja de son temps des livres faits avec du papier de chiffon; mais il falloit que ces livres fussent extrêmement rares: car quelque recherche que j'aye pu faire tant en Italie qu'en France, je n'ai jamais vu ni livre ni feuille de papier, tel que nous l'employons aujourdhui, qui fût écrit devant S. Louis. Ce papier de chiffon fit tomber le papier d'Egypte, mais non pas tout d'un coup: le papier d'Egypte tomboit peu-à-peu, tandis que l'autre s'établissoit: ce papier d'Egypte étoit encore en usage du temps de Pierre le Vénérable: cela dura encore quelque temps après. On m'a assuré que dans la chambre du Trésor il y a encore quelques actes écrits du temps de S. Louis sur du papier d'Egypte.

VI. Nous donnons ici deux pages du manuscrit de cette Abbaye, écrit au sixiéme siecle ou environ en papier d'Egypte. Chaque feuillet est composé de deux feuilles de philyre, jointes de maniere que les filamens de l'une vont du haut en bas, & ceux de l'autre de la droite à la gauche: ce qui se peut re- Pl. LXXIX.

gionibus utraque charta adhibita fuit, ut in Sicilia, Venetiis, in aliisque forte locis. Aliquot editiones Aldi Manutii Venetiis emissæ in charta bombycina sunt: quæ charta ex Græcia vicina ad Venetos manaverit. Demsterus itaque de utraque charta sermonem habere videtur. At Demstero antiquior Scriptor chartam ex detritis pannis confectam clarius commemorat. Is est Petrus Mauritius Venerabilis appellatus, S. Bernado æqualis: *sed cujusmodi librum? si talem, quales quotidie in usu legendi habemus, utique ex pellibus arietum, hircorum, vel vitulorum, sive ex biblis, vel juncis Orientalium paludum; aut certe ex rasuris veterum pannorum*, quibus postremis verbis haud dubie charta illa significatur, qua hodie utimur. Ergo jam sæculo duodecimo erant libri ex eadem charta concinnati; atque ut acta & instrumenta in charta bombycina ad undecimum usque sæculum scripta fuerunt, ut in Archiviis Ecclesiarum & Monasteriorum deprehendere est, ubi ejusdem sæculi papyrea instrumenta occurrunt, verisimile omnino est eodem sæculo, vel forte paulo ante, chartam ex detritis pannis inventam excogitatamque fuisse; atque ut credere est, hæc charta papyream Ægyptiacam in Occidente abrogaverit, ut eadem in Oriente bombycina deturbaverat. Petrus ille Venerabilis ait jam suo tempore libros fuisse ex rasuris veterum pannorum confectos. Sed admodum rari haud dubie hi libri erant: nam etsi magna diligentia per Italiam atque Galliam bibliothecas lustraverim, etiamque Archivia quantum licuit, nec librum unquam, nec folium quodpiam ex detritis pannis inveni, quod S. Ludovici ætatem præcederet. Charta igitur illa ex detritis pannis Ægyptiacam papyream abrogavit, ut diximus, sed non statim eodemque tempore: charta illa Ægyptiaca paulatim decidebat, dum illa ex detritis pannis in dies usitatior fieret. Ægyptiaca adhuc in usu erat Petri Venerabilis ævo, ut ipse ait, & aliquanto postea tempore perseveravit. Renunciatum mihi fuit, in illo instrumentorum deposito, quod cameram Thesauri vocant, aliquot instrumenta haberi tempore sancti Ludovici descripta in charta papyrea Ægyptiaca.

VI. Hîc paginas duas manuscripti illius San-Germanensis proferimus, qui codex sexto circiter sæculo scriptus est in charta papyrea; quæ duabus constat philuris ita junctis, ut unius filamina à summo ad imum paginæ tendant; alterius vero à dextra ad si-

marquer ſur la planche qui contient le recto & le verſo du feuillet. Les lettres ſont onciales & ſans liaiſon ; c'eſt ainſi qu'on écrivoit en ces temps-là ; les mots mal diviſés, en ſorte qu'une ſyllabe du mot précedent eſt ſouvent jointe avec le ſuivant. Les deux lettres R & S ſont ſi ſemblables, qu'on a peine à les diſtinguer l'une de l'autre.

---

niſtram, id quod etiam in tabula ſequenti obſerves. Litteræ unciales ſunt nec ligatæ ; hæc quippe ſcriptura erat illius ævi ; verba plerumque perperam diviſa ; ita ut vocis præcedentis ſyllaba cum voce ſequenti ſæpe jungatur. Hæ duæ litteræ R. & S. ita ſimiles ſunt ut vix diſcerni queant.

EX EPISTOLA XXIV. PAULINI ET THERASIÆ AD ALYPIUM. Auguſtini operum tomo 2. p. 35. F.

Voluit vindicare, ut etſi diverſis locis degam, ipſius presbyter cenſear. Sed de me ne quid ignores, ſcias antiquiſſimum peccatorem, ita olym de tenebris & umbra mortis eductum, ſpiritum auræ vitalis auſiſſe (*l. hauſiſſe*) *nec ita olym poſſuiſſe in aratro manum, & crucem Domini ſuſtuliſſe, quam ut in finem perferre valeamus orationibus tuis adjuvemur. Accumulabitur hæc meritis tuis merces, ſi interventu tuo onera noſtra relevaveris. Sanctus enim laborantem adjuvans, quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur ſicut civitas magna. Et tu quidem ſuper montem ædificata civitas es, vel accenſa ſuper candelabrum lucerca in ſeptiformi claritate conluces, nos ſub modio peccatorum deliteſcimus : Viſita* (*ſic*) *litteris tuis, profer lucem in qua ipſe verſaris ſuper aurea candelabra conſpicuus : eloquia tua lumen ſemitis noſtris erunt, & oleo lucernæ tuæ inpinguabitur caput noſtrum, & accendetur fides cum de ſpiritu oris tui cibum mentis & lumen animæ ſumpſerimus. Pax & gratia Dei tecum, & corona juſtitiæ tibi maneat in die illo Domine, Pater merito dilectiſſime, venerabilis & exoptatiſſime. Benedictos ſanctitatis tuæ comites, & amulatores in Domino fratres, ſi dignantur, noſtros tam in Eccleſiis, quam in Monaſteriis, Carthagine, Tagaſta & Hippone regio, & totis parrociis tuis, atque omnibus cognitis tibi per Africam locis, Domino Catholicæ* (*ſic*) *ſervientes, multo affectu & obſequio ſalutare rogamus. Si ipſam membranam ſancti Domnionis acceperis, tranſcribtam* (*ſic*) *nobis mittere dignaveris* (*ſic*). *Et rogo hoc ut ſcribas mihi quem hymnum meum agnoveris. Panem unum ſanctitati tuæ unitatis gratia miſimus, in quo etiam Trinitatis ſoliditas continetur. Hunc panem eulogiam eſſe tu facies dignatione ſumendi.* Explicit

Epiſt. 42. *p.* 88. *Incipit Auguſtini ad Paulinum & Theraſiam*


Dominis laudabilibus in Chriſto ſanctiſſimis fratribus Paulino & Theraſiæ Auguſtinus in Domino ſalutem.

Num etiam hoc ſperare aut exſpectare (*ſic*) *poſſet ut per fratrem Severum reſcripta flagitaremus, tamdiu tam ardentibus nobis à veſtra caritate non reddita, quid eſt qui* (*ſic*) *duas æſtates eaſdemque in Africa ſitire cogamur ? Quid amplius dicam ? O qui res veſtras cotidie donatis, debitum reddite. An forte quod adverſus dæmoniculas* (*l. dæmonicolas.*)

nolui tuincheare uterichaeritloci eclesiam
ipriur pre ecntrear recldeme neqaehgnorer
leiar auiquarimampecca torem NONita
olymdetenebrir etumbraenor ut eclue tu̅
lpm̅ caracoi talir auirre necrea olympo
Imrremararromaparp Etera ceap DNI
sur talirre qaciparapripaecp perterre
ualeamur oratiompar tuiraechauemur
Accumulabitur haecmerrar tuirmercer
fu ntermentatuo onera nor tarelenx
uerir Serempm laborantemachuaanr
quaefratrem ponauelemur cheere Ex
altabitur Heatouurtar magna Ettuqui
demruperimop temaechpicataenitar
er uelucce praraper caneleltabrulucer
paintreptifor mieclaritate conlucer nor
rubmodiopeccatorumdelitceremur Ar
ritalrcterir tuir properinlucemiuqua
ipreuerraritruperaurea canelelabra
Conrpicuurelocqaietua lumenremrcir
nor tritetur Etolcolucernae tuae in
pinguabitur caputnortrum Ettaecen
deturpicler camoerpuoir tai cibumen
tir etlumenanimaerumprerupar pax
etgratiachr̅ecum Etcoronaiortitiae
tibimaneattnche Hochn̅e patermeri
tocilectir rupe uenerabilir etexopta
tirrime Beuechetorrerea tir tuaecom
ter Etaemula torer incho fratrer

SIDIGNANTURNOSTROS TAMINECLESIIS QUAM
INMONASTERIISCARTAGINETAGASTAHIP
PONEREGIO ETTOTISPARROCIIS TUIS ATQ
OMNIBUSCOGNITISTIBIPERAFRICAMLOCIS
DNOCATHOLICAESERUIENTES MULTOAF
FECTUETOBSQUIOSALUTARE ROGAMUS
SUIPSAMMEMBRANAMSCIDOMNIONISAC
CEPERISTRANSCRIBTAM NOBISMITTERE
DIGNAUERIS ETROGOHEC UTSCRIBASMIHI
QUEMHYMNUMMEUMAGNOUERIS PANE
UNUMSCITATITUAE UNITATISGRATIAM
SIMUSINQUOETIAMTRINITATISSOLIDITAS
CONTINETUR HUNCPANEMEULOGIAMESSE
TUFACIESDIGNATIONESUMENDI EXPLIC
INCP AUG ADPAULINUMETTHERASIA
DOMINISLAUDABILIBUS
INXPOSCISSIMISFRATRIBUS PAU
LINO ETTHERASIAE AUGUST INDNO SALUTEM
NUMETIAMHOCSPERARE AUTEXSPECTA
REPOSSET UTPERFRATREMSEUERUM
RESCRIBTAFLAGITAREMUS IAMDIU
TAMARDENTIBUSNOBIS AUESTRACARITA
TATENONREDDITAQUIDEST QUIDUAS AESTA
TES EASDEMQUEINAFRICASITIRECOGAMUR
QUIDAMPLIUS DICAM OQUIRESUESTRAS
COTIDIEDONATIS DEBITUMREDDITE ANTEQUAM
TEQUODADUERSUS DAEMONICULAS

VII. M. Fabretti a donné cette eſpéce de livre que nous repréſentons ici au bas d'une inſcription, croyant que c'eſt ce qu'on appelloit anciennement *pugillares* ou *pugillaria*. Il ſe fonde ſur ce petit vers d'Auſone dans ſon épigramme CXLVI. au notaire *bipatens pugillar expedi* : ce qui ne dit autre choſe ſinon, que les tablettes ſont ouvertes. On faiſoit ces tablettes ou ces pugillares, ou de bois, ou d'yvoire, dit Martial au commencement de ſon quatorziéme livre; & l'on mettoit ſur chaque feuille un enduit de cire, ou plutôt de ce qu'on appelloit *cera*. Il y en a d'yvoire dans le cabinet de cette Abbaye, que j'ai fait graver à la planche CXCIV. du troiſiéme tome de l'Antiquité. Si celles que nous voyons ici ſont véritablement ce qu'on appelloit tablettes, il ſemble, à la maniere qu'elles ſe tiennent, qu'elles ne puiſſent pas être de matiere dure, mais pliable, ou de parchemin, ou de papier d'Egypte: on en faiſoit auſſi de ces matieres, ſelon Martial 14. 7. Ce livre ou ces tablettes ſe voyent au bas d'une inſcription ſépulcrale, dont le ſens eſt tel; *Aux dieux Manes. Auxeſis a fait ce monument pour Soteris, la mere pour la fille.* Il n'eſt pas aiſé de dire pourquoi elle a mis cette marque au tombeau de ſa fille : peut-être cette fille s'éxerçoit-elle à écrire ſur des tablettes ou dans des livres.



VII. Raphaël Fabrettus edidit hanc libri ſpeciem, quam hîc proferimus cum inſcriptione; putatque illa ipſa eſſe quæ apud veteres, pugillaria, vel pugillares appellabantur. Nititur autem Fabrettus hoc Auſonii verſiculo in epigrammate CXLVI. *ad Notarium*:

Bipatens pugillar expedi.

Quo tamen nihil aliud ſignificatur quam quod pugillares ſeu tabellæ apertæ ſint. Hujuſmodi ſeu tabellæ, ſeu pugillares aut ex ligno fiebant ſecundum Martialem 14. 3.

Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas,
Eſſemus Libyci nobile dentis onus.

Aut ex ebore, ut idem ipſe Poëta refert 14. 5.

Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum littera pinget ebur.

Nam tabellæ vulgo cera obliniebantur. Sunt in muſeo noſtro pugillares eburnei quos protulimus in tabula CXCIV. tertii Antiquitatis explanatæ tomi. Si hic quem hîc conſpicimus libellus vere pugillares fuerint, ex ipſo quo complicantur modo, videntur non ex materia dura eſſe & ſolida, ſed alia quæ plicetur, aut ex membranis, aut ex papyro Egyptiaca: nam ex membranis quoque pugillares concinnabantur, ut ait ipſe Martialis 14. 1.

Eſſe puta ceras, licet hæc membrana vocetur :
Delebis, quoties ſcripta novare voles.

Hic liber ſeu pugillares, ſi malis, poſt inſcriptionem imam occupant oram, quæ inſcriptio ſic habet *Dis manibus. Soteridi fecit Auxeſis, mater filiæ.* Nec facile dixeris cur hoc ſymbolum hîc Auxeſis poſuerit in filiæ ſepulcro: An quia Soteris in libello, ſeu pugillaribus ſcribere ſolebat?



CHAPITRE SIXIE'ME.

Diptyque de l'apothéose de Romulus.

Pl. LXXX. I. LE curieux diptyque de Romulus, qui est des Comtes de la Gherardesca, a été donné par le Sénateur Felipo Buonaroti de Florence dans ses observations sur les vases de verre ornés de figures, imprimées à Florence en 1716. *in-quarto*. Ce sçavant homme croit qu'il peut avoir été fait en l'honneur de Quirinus, qui est le même que Romulus, pour en faire un présent aux fêtes Quirinales marquées dans les Fastes le 17. de Février, ou en d'autres jours où il y avoit des courses de chevaux en l'honneur de Quirinus, & qu'on appelle, *Quirini Circenses*. On voit en effet ici une quadrige de chevaux qui va à bride abbatuë, & une autre quadrige d'éléphans qui mene Romulus. Cela rend sa conjecture assez plausible.

Au haut du diptyque on voit un monogramme composé de lettres entrelacées, qui forment le nom de Romulus. Les monogrammes sont des plus anciens temps, comme on peut voir dans notre Paléographie Grecque p. 144. On en a vu un au commencement du premier tome de ce Supplément, à la tête des mois personnifiés, donné par Lambec d'après un fort ancien manuscrit : On ne peut pas douter que ce ne soit ici le nom de Romulus; les lettres n'y sont pas si mêlées ni si brouillés que dans d'autres monogrammes.

Cette face du diptyque contient deux images, celle d'en-haut & celle d'en-bas. Celle d'en-haut représente l'apothéose de Romulus emporté au ciel par les vents & par les tourbillons. Des deux vents qui l'enlevent, l'un est exprimé en jeune garçon aîlé, & l'autre qui a aussi des aîles, a la tête d'un Satyre barbu, avec des cornes. Tous les deux ont non seulement de grandes aîles aux épaules, mais aussi de petites aîles à la tête. Au premier tome de l'Antiquité pl. CCXXIV. nous avons donné les vents en toutes les formes que nous les avons trouvés : ceux que nous avons représentés dans toute leur taille, ont de grandes aîles aux épaules, comme les Cupidons, les Victoires & les Fortunes.

CAPUT SEXTUM.

Diptycum in quo Romuli apotheosis.

DIptychum illud Romuli singulare, quod ad Comites de Gherardesca pertinet à V. clarissimo & doctissimo Philippo Bonaroto Senatore Florentino publicatum est, post observationes illas quas circa vasa vitrea Florentiæ edidit anno 1716. in 4°. Putat autem ille diptichum in honorem Quirini factum fuisse, qui idem est atque Romulus, ut in munus daretur in Quirinalibus feriis, quæ in Fastis notantur decima septima Februarii, vel in aliis quoque diebus in queis decursiones in honorem Quirini haberentur, quæ vocabantur Quirini Circenses. Hîc utique conspiciuntur quadrigæ equorum, qui concitato cursu feruntur, aliæque quadrigæ elephantorum, quæ Romulum ducunt. Hinc conjectura ejus sat probabilis evadit.

In suprema diptychi ora Monogramma habetur, ex litteris implicatis concinnatum, quæ litteræ Romuli nomen efformant. Monogrammata autem jam antiquissimis temporibus in usu erant, ut videre est in Palæographia nostra græca p. 114. Monogramma etiam vidimus sub initium tomi primi Supplementi hujusce ante menses personarum more depictos, quos Lambecius ex antiquissimo codice eductos repræsentavit. Nihil autem dubii est quin hæ litteræ Romuli nomen efficiant, litteræ enim non ita sunt implicatæ ut in aliis Monagrammatibus.

Hæc diptychi facies duas offert imagines supernam nempe & infernam. Superna Romuli apotheosin repræsentat, qui à ventis in cœlum defertur & à turbinibus. Ex duobus ventis qui Romulum abripiunt, alius est puer alatus; alter & ipse quoque alatus, caput habet Satyri barbati atque cornuti. Ambo non solum grandes alas humeris hærentes habent, sed etiam alas minores capiti affixas. In primo Antiquitatis explanatæ tomo, tab. CCXXIV. ventorum formas omnes quas nancisci potuimus, repræsentavimus: ii quorum integram staturam exhibuimus, grandes alas humeris hærentes habent, ut Cupidines, Vic-

Un qui n'a que la tête & le haut des épaules, a deux aîles au-dessus du front comme ceux-ci. Celui-ci a les oreilles d'un Satyre : il se voit sur un fragmment d'une table quarrée & cassée, dont on n'a plus qu'un angle, sur lequel on peut juger à coup sur de ce que contenoit toute la table quand elle étoit entiere, ou du moins d'une bonne partie des choses qui y étoient renfermées. Les quatre vents y étoient sans doute représentés aux quatre coins. Il y avoit dans la table un grand cercle qui en occupoit la meilleure partie : sur le convexe du cercle sont représentés les jours de la semaine sous la figure des divinités qui président sur chaque jour qui en porte le nom. Saturne est pour le Samedi, la Lune pour le Lundi, Mercure pour le Mercredi, & Venus pour le Vendredi ; & l'on remarque dans cette table que le vent qui reste souffle sur la tête de Venus. Au dedans du cercle étoient tout autour les douze signes du zodiaque peints en la maniere ordinaire, & qui ne varie guére. La tête donc qu'on voit à cet angle n'a point de barbe, elle a des oreilles de chévre comme un Satyre ; on n'y voit point de corne, à moins qu'on ne voulût prendre pour corne un bout d'un gros bâton qui s'éleve entre les deux aîles, & sur lequel sont marqués trois gros points, qui peuvent signifier trois mois qui répondent à cet angle ; en sorte que les douze mois trois à trois répondront au quatre angles. Voilà dans le diptyque de Romulus un vent qui a la tête d'un Satyre, & dans cet angle de la table un autre qui a aussi la tête de Satyre désignée par les oreiles de chévre : cela me fait venir la pensée que chacun des vents avoit sa forme particuliere, & qu'un d'entr'eux avoit la tête d'un Satyre ; peut-être même y en avoit-il plus d'un qui avoit cette tête. Il pouvoit se faire qu'un des vents étoit représenté barbu, comme celui du diptyque de Romulus, & l'autre sans barbe, comme celui de la table. Le P. Wiltheim Jésuite dans son diptyque de Liége p. 17. dit qu'on a trouvé dans le Luxembourg un monument, où d'un côté autour des signes du zodiaque on voit les figures de quatre vents : ce sont des têtes qui soufflent, qui ont des aîles, & une corne entre ces deux mêmes aîles. On remarque deux fois la même figure dans le diptyque de Liége.

Romulus donc emporté par les vents monte au ciel pour y être reçu dans la troupe des dieux : on en voit ici cinq, dont celui qui a barbe pourroit être

---

toriæ atque Fortunæ. Unus qui caput tantum, extremosque habet humeros, duas alas supra frontem habet ut hi quoque exhibent, ille vero aures habet Satyri. Habetur autem in fragmento quodam tabulæ quadratæ, & fractæ, cujus angulus tantum unus superest: ex quo tamen angulo dijudicari potest quid tabula contineret, quando integra erat, vel saltem magna pars eorum quæ complectebatur æstimari potest ex fragmento. Quatuor autem venti haud dubie ibi repræsentabantur in quatuor nempe angulis. In tabula erat circulus magnus, qui majorem illius partem occupabat. In supina sive convexa circuli facie exhibentur hebdomadæ dies per figuram numinis quod singulis diebus præsidet, & cujus dies nomen habent. Saturnus diem quem vocamus sabbati, Luna Lunæ diem, Mercurius Mercurii, Venus veneris dies indicant. In tabula autem observatur ventum illum qui unicus in angulo residuus est, in caput Veneris insufflare. Intra circulum erant in circuitu duodecim Zodiaci signa more solito depicta, quem modum & morem in monumentis vix variare deprehendas. Caput ergo illud quod in angulo visitur, barbam non habet, sed aures caprinas ut Satyrus arrigit. Hic cornua non habet, nisi forte cornu dixeris esse rotundum illud instrumentum inter duas alas erectum, tribusque punctis crassis notatum, quæ fortasse tres menses denotant, qui huic angulo respondeant, ita ut duodecim menses quater terni quatuor angulis respondeant. En igitur in diptycho Romuli ventus, qui caput Satyri habet, & in angulo illo quadratæ tabulæ, alter ventus qui item caput Satyri habet, id quod designant aures caprinæ. Hinc in mentem subit ventorum quemque peculiarem sibi habuisse formam, & unum ex illis formam Satyri exhibuisse, & fortasse alii etiam hujusmodi erant. Forte etiam ex ventis alius barbatus ut in diptycho, alius imberbis in tabula illa repræsentabatur. P. Wilthemius Jesuita in diptycho suo Leodiensi p. 17. ait in Luxemburgensi Ducatu repertum fuisse monumentum ubi in altera facie circa signa Zodiaci visuntur schemata ventorum quatuor. Sunt autem capita alata, insufflantia ; quæ inter alas cornu habent. Bis autem illa figura observatur in diptycho Leodiensi.

Romulus ergo à ventis sublatus in cælum ascendit, ut ibi à deorum cœtu recipiatur. Hic quinque dii conspiciuntur, quorum ille barbatus Jupiter esse

Jupiter ou Mars; il n'y a point de marque pour faire connoître les auteurs. M. Buonaroti soupçonne que ce pourroient être les planetes; il y en a ici cinq. Un de l'autre côté separé de la troupe par le zodiaque dont on voit ici la moitié, a le nimbe, qui semble persuader que c'est le soleil: en voilà six. Le septiéme pourroit être Romulus, qui va être reçu dans la troupe comme un nouveau Mars; cela est fort incertain. On ne voit dans ces dieux aucune marque des planetes, telles qu'on les voit dans les monumens donnés aux planches XVII. & la suivante du premier tome de ce Supplément. Le soleil au reste pourroit être mis là comme parcourant le zodiaqne, dont on ne voit ici qu'une partie, & six signes, la balance, le scorpion, le sagitaire, le capricorne, le verseau, & les poissons: cela marque la derniere moitié de l'année, selon une des manieres de compter.

Au-dessous de Romulus, qui monte au ciel, on voit un de ces catafalques à plusieurs étages, que l'on rencontre souvent sur les médailles pour la consécration ou l'apothéose des Empereurs. Ce n'est pas, comme remarque fort bien M. Buonaroti, que l'usage de ces catafalques fût déja du temps de Romulus, il y a tout lieu de croire qu'il ne fut inventé que plusieurs siécles après; mais comme ce diptyque n'a été fait que dans des siécles bas, & où l'on n'y regardoit pas de si près, on aura voulu mettre dans l'apothéose de Romulus ce qui se pratiquoit dans celle des Empereus. Quand on mettoit le feu à ces grands buchers, on en faisoit sortir une aigle, en feignant que c'étoit l'ame de l'Empereur qui s'envoloit au ciel. Ici deux aigles s'échappent du catafalque, & prennent leur vol vers le ciel: je ne sçai à quoi bon en mettre deux, mais elles s'y trouvent; & s'il y a là du mystere, je n'y comprens rien. On mettoit aussi quelquefois la figure des Empereurs sur une aigle, qui les portoit au ciel. Nous avons déja parlé de cela sur les apothéoses. Pour ce qui est des Imperatrices, c'est ordinairement un paon qui les porte au ciel.

Nous voyons sur ce catafalque une quadrige de chevaux qui traine un char sur lequel est un jeune homme. Ce jeune homme étend un grand voile autour de sa tête, pareil à ceux que nous voyons sur les têtes de la Nuit, de l'Aurore, du Matin & de Vesper ou le soir. Il a la forme d'un enfant ou d'un petit génie; ce qui pourroit faire croire que c'est le génie de Romulus. Dion au

---

possit, vel Mars: nulla nota alii designantur. Suspicatur Bonarota Planetas esse posse; hîc porro quinque repræsentantur. Alius in altero latere qui per Zodiacum hîc à media sui parte repræsentatum ab aliis separatur, nimbum habet, quo subindicari videtur esse solem. Jam sex habemus Planetas, septimus autem erit fortasse Romulus, qui intra cœtum mox recipiendus est quasi novus Mars. Sed hæc admodum incerta sunt: in diis namque illis, nulla Planetarum nota cernitur, quales cernuntur in monumentis tab. 17. & sequenti primi hujus Supplementi tomi. Cæterum sol hîc additus esse posset quasi Zodiacum percurrens, cujus hîc partem tantum videmus cum sex signis, Libra nempe, Scorpione, Sagittario, Capro, Amphora, Piscibus. Illud vero postremam anni partem significat, secundum aliquem computandi modum.

Sub Romulo, qui in cælum ascendit, illa machina visitur plurimis instructa tabulatis, quæ sæpe in nummis pro consecratione seu apotheosi Imperatorum repræsentatur. Non quod jam tempore Romuli harum jam machinarum usus stabilitus esset, ut optime observat eruditus ille Bonarota: nam probabile est illam multis postea sæculis excogitatam fuisse. Verum cum diptycum hoc inferioribus sæculis confectum fuerit, ubi non tanta diligentia res hujusmodi tractabantur, in apotheosi Romuli ea repræsentare voluerint, quæ in apotheosi Imperatorum exibebantur. Quando huic machinæ ligneæ faces supponebant ut incenderetur, aquila inde emittebatur, quasi videlicet hæc avis anima esset Imperatoris in cœlum avolans. Hîc autem duæ aquilæ ex machina avolant, & in cælum contendunt. Nescio cur hîc duæ aquilæ positæ fuerint: at duæ sunt, & si quid arcani ea in re lateat, nihil intelligo. Aliquando etiam Imperatorum figura aquilæ volanti incumbebat, quæ Imperatorem in cœlum abripiebat: jam hæc tractavimus cum de apotheosibus ageretur. Quod autem Imperatrices & Augustas spectat, eæ ut plurimum à pavone in cœlum evehuntur.

Supra machinam illam conspicimus quadrigas equorum & in curru juvenem, qui circum caput velum magnum extendit, velis illis simile, quibus Nox, Aurora, Matutinus, vesper capita obumbrant. Videtur autem puerulus esse sive genius, unde forte putaveris genium esse Romuli. Dio initio

commencement de la vie de Severe abregée par Xiphilin, nous apprend qu'au haut du catafalque que Severe avoit fait faire pour l'Empereur Pertinax, il y avoit un char doré, le même dont Pertinax se servoit durant sa vie. Monsieur Buonaroti remarque qu'Ovide dit Fast. 2. v. 496. que Romulus y fut porté sur les chevaux de son pere,

Rex patriis astra petebat equis;

c'est-à-dire, sur les chevaux de Mars son pere: ce qui revient à ce qu'il dit dans ses Métamorphoses liv. 14. que Mars avec ses chevaux vint enlever Romulus dans le Ciel.

La plus remarquable de toutes ces images, est celle où Romulus dans un char qui a la forme d'un petit temple soûtenu par des colomnes d'ordre Corinthien, est assis tenant d'une main l'*haste pure*, & de l'autre un laurier: ce char est tiré par une quadrige d'éléphans. Ce qui revient à ce que dit Xiphilin au commencement de la vie de Severe, que cet Empereur voulant célébrer les funerailles & l'apotheose de Pertinax son prédecesseur, commanda d'abord que sa statuë d'or fût menée dans le cirque sur un char tiré par des éléphans; & cela semble confirmer l'opinion de M. Buonaroti, que ce diptyque regarde les jeux qui se faisoient au trois d'Avril en l'honneur de Romulus; car quoiqu'il y eût d'autres jours dans l'année où l'on célébroit Quirinus, le calendrier de Lambec, le même que celui qu'a donné le P. Petau, marque expressément à ces jours-ci les courses du cirque en l'honneur de Quirinus. *N. Dei Quirini. C XXIIII.* Ce qui veut dire que c'est le jour de la naissance du dieu Quirinus, & qu'il y aura vingt-quatre courses de chevaux.

Ces éléphans sont harnachés d'une maniere assez particuliere, rayés jusques aux pieds de lignes ou de bandes qui se croisent, & qui font comme d'anciens carreaux de vitre, quatre hommes les conduisent. Chacun des quatre monté sur le cou, mene son éléphant à l'ordinaire. Ce qui est à remarquer est, que les deux conducteurs du milieu sont des hommes faits & barbus; au lieu que les deux des extrémités sont de fort jeunes garçons sans barbe. Ces deux derniers tiennent des instrumens ronds, qui semblent faits pour rendre quelque son. En effet un des jeunes garçons touche le sien des doigts; les éléphans, dit M. Buonaroti, aiment à entendre quelque son, cela les anime &

---

vitæ Severi in compendium redactæ per Xiphilinum narrat, in fastigio machinæ illius, quam Severus Pertinaci Imperatori parari curaverat, currum fuisse deauratum eumdem quo Pertinax, dum viveret, utebatur. Observa Bonarota ex Ovidio Fast. 2. v. 496. Romulum paternis equis in cælum abreptum fuisse.

Rex patriis astra petebat equis

Id est, equis Martis patris sui: id quod referri potest ad illud Methamorph. l. 14.

Impavidus conscendit equos gradivus, & ictu
Verberis increpuit, pronumque per aera lapsus
Constitit in summo nemorosi colle Palati:
Reddentemque suo jam Regia jura Quiriti
Abstulit Iliadem.

Omnium singularissima imago illa est qua Romulus in curru ad templi morem structo, columnisque instructo ordine Corinthio, sedet tenens altera manu hastam puram, altera vero lauri ramum, quatuor autem Elephantis jungitur currus. Id quod referri potest ad illud quod Xiphilinus habet initio vitæ Severi, nempe cum hic Imperator funus & apotheosin Pertinacis decessoris sui celebrare vellet, jussisse statim statuam ejus auream in circum adduci, quadrigis Elephantorum vectam: hinc autem confirmatur Bonarotæ opinio putantis diptychum pertinere ad ludos qui celebrabantur tertia Aprilis in honorem Romuli: licet enim alii dies per annum essent; in quibus Quirinus celebrabatur, Lambecii Calendarium idem ipsum quod Petavius protulerat, his diebus expresse notat ludos Circenses in honorem Quirini *N. Dei Quirini C. XXIIII.* quo significatur natalem esse Dei Quirini vigintiquatuor equorum decursionibus cohonestandam.

Elephanti modo spectabili strati sunt, lineis notati seu vittis ligati sese decussantibus, & quasi rhombos efficientibus. Quatuor viri quatuor ducunt Elephantos, collo pro more insidentes. Quod autem observes, duo ductores in medio, viri barbati sunt, extremi vero utrinque pueruli sunt imberbes. Hi duo instrumenta rotunda tenent sono edendo, ut videtur, idonea. Et vere alter digitis tangit. Elephanti autem, inquit Bonarota, sonum audire cupiunt, eo delectan-

les rejouit. Ils ont auſſi un autre inſtrument pointu, qui a un croc, ſemblable à celui qu'on voit quelquefois entre les mains de Pluton: apparemment pour piquer la bête, & la faire aller à ſouhait. Je croirois volontiers que ce diptyque a été fait dans le temps de la Gentilité, mais dans un ſiecle bas, où l'art de la gravure & de la ſculpture étoit déja tombé.

tur & animum recreant. Aliud quoque inſtrumentum tenent, uncum habens, ſimilem ei quem non raro præ manibus Plutonis cernimus; ut eo videlicet Elephantem pungant, & ad properandum incitent. Libenter crederem hoc diptychum factum fuiſſe Gentilium tempore, ſed ſæculo inferiori, cum ſculptura jam lapſa eſſet.

CHAPITRE SEPTIÉME.

Diptyque de Baſile Conſul.

Pl. LXXXI. LE diptyque ſuivant n'eſt pas ſi ancien que celui que nous venons de décrire; mais ce qui fait plaiſir eſt qu'il porte à peu-près ſon temps, & que cette connoiſſance conduit à bien d'autres. L'inſcription ſe doit lire ainſi, *Anicius Fauſtus Albinus Baſilius vir clariſſimus.* C'eſt donc Baſile appellé dans les Faſtes *Baſilius junior*, & c'eſt le dernier des conſuls. Il fut élu conſul en 541. & dans les années ſuivantes on compta, *Après le conſulat de Baſile l'an II. III. IV.* & juſqu'à XVIII.

D'habiles gens ne doutent pas que ce diptyque n'ait été fait l'année de ſon conſulat, mais cela n'eſt pas bien ſûr. Monſieur Buonaroti croit que l'habit conſulaire qu'il porte ſe trouve décrit dans les paroles que dit l'Empereur Valerien à Aurelien, quand il le déclara conſul: ces paroles ſont dans les meilleurs exemplaires de Vopiſque dans la vie d'Aurelien c. 13. *Cape..... togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profondum, ſellam elaboratam.* M. Buonaroti croit trouver tout cela dans l'habit de Baſile; mais comme il eſt auſſi ſage que docte, il ne donne cela que comme une conjecture. En effet près de trois ſiecles d'intervale qu'il y a depuis l'empire de Valerien juſqu'en 541. ont admis bien des changemens dans les habits conſulaires; & je crois qu'on hazarde beaucoup en voulant donner à chacun des habits que Baſile porte, un des noms qui ſont dans la lettre de Valerien.

Pour ſe convaincre des changemens ſurvenus dans l'habit conſulaire, il n'y

CAPUT SEPTIMUM.

Diptychum Baſilii Conſulis.

DIptychon ſequens præcedenti inferius eſt ætate; ſed quod gratum accidit, notam temporis præ ſe fert, & hæc temporis nota ad alia deprehendenda deducit. Inſcriptio ſic legenda: *Anicius Fauſtus Albinus Baſilius vir clariſſimus.* Eſt ergo Baſilius ille qui in Faſtis Baſilius junior vocatur, eſtque Conſulum poſtremus. In Conſulem autem electus fuit anno 541, & annis ſequentibus ſic computatum eſt, *poſt Conſulatum Baſilii anno* II. III. IV. & uſque ad XVIII.

Docti quidam non dubitant quin hoc diptychon factum fuerit anno Conſulatus ejus; ſed rem non ita certam puto. V. Cl. Bonarota putat veſtem ejus conſularem deſcribi in verbis illis Valeriani Imperatoris ad Aurelianum, cum ipſum Conſulem declaravit. Hæc inquam verba in accuratioribus Vopiſci exemplaribus ſic habentur in vita Aureliani c. 13. *Cape.... togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam.* Putat Bonarota ſe iſtæc omnia in veſtibus Baſilii invenire poſſe: ſed cum perinde ſagax ſit atque doctus, hæc tanquam conjecturam ſolummodo profert. Sane tria pene ſæcula elapſa ab Imperio Valeriani ad uſque annum 541 ingentem in veſtem conſularem mutationem invexerant. Putoque non ſine periculo poſſe cuique ex veſtibus Baſilii aliquod ex nominibus in epiſtola Valeriani poſitis aptari.

Ut ſtatim autem advertatur quantæ mutationes invectæ ſint, comparandæ cum hiſce veſtibus ſunt ve-

a qu'à

DYPTIQUE



M. Buonaroti.

a qu'à comparer avec celui-ci, un autre peint du temps de Constance fils de Constantin le Grand, qui est à la tête des mois, & pour le mois de Janvier à la planche V. du premier tome de ce Supplément. Celui-là fait un siécle après l'empire de Valerien, devroit mieux convenir avec la description que ce Prince fait de l'habit consulaire; cependant je crois qu'on aura peine d'y trouver quelque ressemblance bien marquée. D'ailleurs je ne sçai si le consul portoit tout à la fois tous ces habits marqués dans la lettre de Valerien; je ne sçai, dis-je, s'il portoit en même-temps la toge prétexte & la toge peinte. Nous sçavons qu'en 379. qu'Asene fut consul, il portoit en cette qualité la toge prétexte, comme il le dit lui-même.

Et toga purpurei rutilans prætexta Senati.

Mais s'il portoit tout cet attirail d'habits que marque Valerien dans sa lettre, c'est ce que nous ignorons. Je n'oserois rien dire de positif sur tous les habits de Basile, sinon que la tunique a des manches étroites qui couvrent tout le bras jusqu'à la main; que ces larges bandes qui descendent de l'épaule & traversent en bandouliere sur la poitrine, ont, selon le sentiment de plusieurs habiles gens, donné le nom de *trabea* à l'habit où elles étoient attachées. Sur l'une de ces bandes on voit en bas un homme qui court sur une bige, ou sur un char à deux chevaux : l'habit me fait croire que c'est ici le Consul lui-même qui court, & non pas un des agitateurs. Cela se connoit à l'habit de Consul, & en ce que le coureur n'a point de bonnet : que ne manquoient point de porter les agitateurs dans leurs courses. Ces agitateurs étoient rangés sous quatre factions différentes, qui portoient les noms des couleurs ; la Blanche, la Rousse ou la Rouge, la Bleüe & la Verte : mais tous ces agitateurs, de quelque factions qu'ils fussent, portoient le bonnet bleu. Basile tient un sceptre, qui a au bout un globe surhaussé d'une croix. Sa chaussure est tout à fait singuliere : une description n'ajoûteroit rien au premier coup d'œil. De l'autre main il tient un linge replié & qui semble un sac ; c'est la nappe, *mappa*, que l'Empereur, ou le Consul, ou d'autres magistrats jettoient pour les *missions* ; c'est-à-dire, pour donner le signal aux courses des chevaux, qui commençoient sur l'heure. Depuis ces temps-là, au lieu de la nappe on fit un sac qu'on remplissoit de terre

stes Consulis alterius, qui tempore Constantis Constantini magni filii depictus fuit, qui in mensibus agmen ducit, & pro Januario mense repræsentatur in tabula quinta primi hujus Supplementi tomi. Hic qui post sæculum unum à Valeriani tempore elapsum depictus est, ad descriptionem vestium Consularium à Valeriano factam melius certe quadrare deberet: tamen vix posse puto affinitatis quidpiam descriptionem inter & illas vestes deprehendi. Alioquin autem nescio utrum Consul omnes omnino vestes à Valeriano memoratas simul gestaret; nescio, inquam, utrum simul togam pretextam & togam pictam gestaret. Scimus utique anno 379. quo Ausonius Consul fuit, ipsum ut consulem, togam prætextam gestasse, ut ait Ausonius ipse :

Et toga purpurei rutilans prætexta Senati.

At utrum omnes simul vestes à Valeriano memoratas gestaret, illud certe ignoramus. De vestimentis porro Basilii nihil ut assertum dicere ausim, nisi hæc tantum ; nempe tunicam ad usque manus ipsas manicatam esse; latasque illas quasi fascias, quæ ab humero in pectus transversæ aguntur, vesti cui hærebant trabeæ nomen dedisse, ut doctorum quorumdam fert opinio. In ima ora cernitur vir in bigis currens : ex veste autem adducor ut credam ipsum esse consulem currentem, non autem ex agitatoribus quempiam; nam id tum ex veste consulari arguitur, tum ex eo quod agitator pileum non gestet, quem tamen pileum agitatores in decursionibus gestare solebant. Agitatores autem illi in quatuor erant factiones divisi, quarum nomina ex coloribus petebantur, Alba, Russea vel Rubea, Veneta & Prasina; at agitatores omnes cujuslibet factionis pileum gestabant cærulei coloris. Basilius sceptrum tenet in cujus culmine globus crucem gestans. Calcei prorsus singulares sunt, quos si describas, oculorum judicio nihil addideris. Altera vero manu linteum plicatum gestat sacci similitudine : est porro mappa, quam Imperator, aut Consul, sive alii magistratus ad missiones jaciebant; ist est ut signum daretur ad decursionem inchoandam, quo dato signo statim proficiscebantur agitatores. Ab illo autem ævo mappæ loco saccus

& de poussiere, & qu'on appelloit *acacia*, sans malice. Les Empereurs portoient la croix du côté & l'acacia de l'autre, qui leur donnoit une leçon, que devant être dans peu réduits en terre & en poussiere, ils devoient s'étudier à vivre dans l'innocence.

La figure qui est à côté de Basile, & qui lui met la main sur l'épaule, est, à ce que croit M. Buonaroti, la ville de Rome : pourquoi non pas Constantinople, où certainement les consuls se faisoient en ces temps-là, & non pas à Rome ? D'ailleurs nous voyons Constantinople personnifiée sur les médailles aussi-bien que Rome : c'est une femme le casque en tête. Ce grand instrument qu'elle tient, est le faisceau consulaire qu'on portoit devant le consul. On le prendroit pour toute autre chose que pour un faisceau de verges, si la hache qui est au bout ne persuadoit que ce ne peut être autre chose : il faut avouer que & le faisceau & la hache sont pitoyablement dessinés. Constantinople a contre l'ordinaire une bonne partie du sein découvert ; l'habit & la chaussure qui sont apparemment de caprice, se remarqueront à l'œil.

Au-dessous de Constantinople & du Consul Basile se voyent les quatre factions du cirque qui courent autour des *metes* ou des bornes, & le Consul qui leur donne sa mission. Ce Consul Basile répété ici en petit, hausse la main pour faire le signal, il faut qu'il ait jetté la nappe : il tient de l'autre main un rouleau. Ce signal étoit pout faire partir les quatre factionnaires, qui se tenoient en même ligne sans aucune avance l'un sur l'autre, pour partir tous à la fois ; & cependant de ces factionnaires, l'un a déja fait presque un tour, & c'est le premier de tous ; au lieu qu'un autre qui est le dernier, n'a de guére passé la ligne d'où tous les quatre sont partis. Comment cela peut-il être dans le temps même que le Consul fait le signal pour partir ? Il y a apparence qu'on a ainsi rangé les quadriges, parce que l'espace n'étoit pas assez grand pour les mettre sur la même ligne. D'ailleurs il pouvoit se faire que le Consul qui élevoit sa main, la tenoit quelque temps ainsi élevée, & que pendant ce temps-là certains factionnaires prenoient les devans sur d'autres. Les *metes* ou les bornes sont trois piramydes à chaque bout, sur le haut desquelles sont autant de globes, qu'on prend ordinairement pour les œufs d'où sont sortis Castor & Pollux.

---

apparabatur, quem terra & pulvere implebant, quemque vocabant ἀκακία, acacia, sine malignitate. Imperatores crucem altera manu, altera acaciam gestabant; qua docebantur, se brevi in terram & pulverem redigendos, cum innocentia vitam agere debere.

Figura illa quæ à latere est Basilii, quæque manum ejus humero imponit, est, ut putat Bonarota, Urbs Roma ; cur non Constantinopolis, ubi certissime tunc consules fiebant, non autem Romæ. Constantinopolim namque perinde atque Romam in nummis personæ more representatam videmus estque mulier galeata. Magnum porro illud quod ipsa tenet instrumentum, fascis est consularis, qui ante consulem gestabatur. Aliud haud dubie esse existimaretur, nisi securis in summo posita argueret esse fascem consularem : sed ut vere fateamur, & fascis & securis rudi admodum modo delineantur Constantinopolis præter morem sinu est aperto. Vestem & calceamentum uno aspectu percipies.

Sub Constantinopoli & consule Basilio quatuor circi factiones visuntur circa metas currentes. Consul autem dat missionem. Hic Consul Basilius hîc denuo repræsentatus, manum erigit, ut signum emittat, jam mappam jecerit : altera manu volumen tenet. Signum autem illud dabatur, ut quatuor factionarii statim inciperent decursionem, qui factionarii in una linea stabant, ut ex uno loco una proficiscerentur. Verum ex hisce agitatoribus unus jam una vice gyrum peregit primum ; cum tamen alius qui est postremus ipsam pene lineam unde sunt profecti, contingat. Eone in statu res esse possit, eo ipso tempore, quo consul signum pro decursione dat. Verisimile est quadrigas sic dispositas fuisse, quoniam non sat erat spatii, ut eadem in linea ponerentur. Alioquin autem fieri poterat, ut consul qui manum erigebat, eam aliquanto tempore sic teneret, interimque quidam agitatores prævetterent cæteros. Metæ sunt tres pyramides utrinque, quibus pyramidibus imponitur globus, qui globi vulgo ova esse putabantur, unde egressi fuerant in orto suo Castor & Pollux.



M. Buonaroti



CHAPITRE HUITIÉME.

Diptyque d'un autre Consul, dont le nom a sauté.

UN autre diptyque donné par le même est, dit-il, de la gallerie du Marquis François Ricardi : celui-ci est mutilé par le bas. Monsieur Buonaroti avoit d'abord cru qu'il pouvoit être l'autre côté du diptyque précédent, quoique tronqué par le bas d'une partie de sa longueur : mais il a changé depuis de sentiment, voyant que non seulement le goût en étoit différent, & que celui-ci étoit de meilleure maniere que l'autre, mais aussi que les mesures des deux ne conviennent pas ; ce qui est décisif. Il croit donc, & cela paroit certain, que c'est un des côtés d'un autre diptyque ; & cet autre diptyque il prétend qu'il étoit aussi de Basile comme le précédent. Il est certain que ce n'est qu'un des côtés, & que l'autre côté contenoit le nom du Consul, & celui-ci contient seulement les qualités. Ce qui fait pour M. Buonaroti, est que l'on faisoit plusieurs diptyques pour le même consulat, comme on peut voir dans Symmaque livre 2. Epist. 21. & ce qui ne laisse aucun lieu d'en douter, c'est que le diptyque de Bourges & celui de Liége, tous deux entiers, sont pour le même consulat. Une autre raison que M. Buonarori rapporte, est que les lettres de ce diptyque sont fort semblables à celles de l'autre diptyque, & que la tête de Basile dans le diptyque ci-devant, est fort semblable à celle que l'on voit dans l'ovale qui tient la Victoire. Je ne sçai si cette derniere raison est concluante ; car ces portraits sont si grossiérement faits, qu'il paroît que le graveur n'a guére eu en vuë d'attraper les ressemblances. Pl. LXXXII

On voit dans ce diptyque une Victoire assise, qui appuye ses deux pieds sur une grande aigle qui étend ses aîles. La Victoire tient un bouclier ovale, sur lequel est gravé le buste du Consul. Au haut du diptyque sont écrites à l'ordinaire les charges & dignités que ce Consul possedoit. Il paroît d'abord que cette inscription n'est qu'une suite de celle qui étoit dans l'autre côté présentement perdu, où se trouve le nom du Consul : voici comme il faut la lire :

CAPUT OCTAVUM.

Diptychum alterius Consulis, cujus nomen excidit.

ALiud diptycum ab eodem eruditissimo Bonarota publicatum, est, inquit ille, ex museo D. Marchionis Francisci Ricardi : hoc autem diptycum ima sui parte truncatum est. Putaverat V. Cl. Bonarota, alteram esse partem diptychi præcedentis, etsi ab ima parte aliquid ad parem longitudinem desideraretur. Verum postea sententiam mutavit, quod videret hoc postremum præstantiori manu elaboratum fuisse ; insuperque mensuras non convenire, quæ postrema ratio sola rem expedit. Putat ergo, & res certissima esse videtur, esse partem alterius diptychi:quod etiam diptychum ejusdem Basilii fuisse existimat. Certum est alterum tantum latus diptychi esse : in alio latere continebantur nomen Consulis : in hoc autem ejus dignitates continentur. Quod D. Bonarotæ sententiam fulcire videtur, hoc est, quod plura nempe diptycha pro eodem consulatu fierent, ut videre est apud Symmachum lib. 2. epist. 21. & quod nihil dubii relinquit, diptychum Leodiense & Bituricense, quæ ambo integra sunt, pro eodem consulatu sunt facta. Altera ratio à D. Bonarota allata inde petitur, quod litteræ hujus diptychi alterius diptychi litteris sint consimiles : ad hæc caput Basilii in diptycho præcedenti simile est huic capiti, quod in ovata illa figura, quam tenet Victoria, repræsentatur. Hanc porro postremam rationem non tanti esse arbitror. Nam hæ imagines ita rudi more concinnatæ sunt, ut videatur artifex similitudines non curavisse.

In hoc diptycho Victoria sedens conspicitur, quæ pedibus calcat aquilam extensas alas habentem. Victoria clypeum ovatæ formæ tenet, in quo protome consulis repræsentatur. In suprema diptychi parte scripta sunt pro more munera & dignitates, queis ornabatur ille consul. Statim vero deprehenditur hanc inscriptionem ad seriem illius alterius inscriptionis pertinere, quæ in altero latere jam perdito erat, ubi etiam nomen consulis aderat. En quo pacto legenda sit inscriptio ; *Et illustris ex comite Domesticorum Pa-*

Et inlustris ex comite domesticorum Patricius consul ordinarius. Au tour du buste peint dans le bouclier on lit, BONO REIPVBLICE, ET ITERVM. *Reipublice* est là pour *Reipublicæ*. Les exemples d'E pour AE dans les inscriptions sont si fréquens, qu'on ne s'y arrête pas. ET ITERVM peut faire là quelque peine; il semble que cela veuille dire que ce Consul l'avoit déja été une autre fois. M. Buonaroti prend ainsi la chose : il croit que BONO REIPVBLICÆ, pour le bien de la République, est là pour une acclamation populaire; & que ET ITERVM se dit là, comme si on lui souhaittoit un second consulat. Je ne sçai si cette explication satisfera : ce que l'on peut dire à coup sûr, c'est que si, *&* *iterum* fait de la peine pour Basile, il en feroit autant pour tout autre Consul fait environ le même temps; car & la forme des lettres, & le goût de la sculpture sont les mêmes.

---

tricius consul ordinarius. Circa protomen autem in clypeo depictam legitur : BONO REIPUBLICE ET ITERUM. *Reipublice* hic pro *Reipublicæ* scribitur. Exempla autem inscriptionum quæ E pro Æ habent, adeo frequentia sunt, nihil id negotii facessat. *Et iterum* non ita facile possit explicari. Id videtur significare eum qui hic consul inauguratus dicitur, jam consulem altera vice fuisse. D. Bonarota putat, illud *Bono Reipublicæ*, acclamationem esse popularem; illud autem, *&* *iterum*, addi quasi alter ipsi consulatus exoptetur. Nescio utrum explicatio istæc omnibus placitura sit. Id vero dici certo posse videtur, si de Basilio hæc intelligi non posse quibusdam visum fuerit; de alio quovis ejusdem circiter ævi consule vix intelligi posse : nam & litteræ & sculptoris manus idem pene ævum olent.



DIPTYQUE.



Mr. Buonaroti.



CHAPITRE NEUVIÉME.

Diptyque de l'Abbé Odelric, qui contient du sacré & du profane.

QUoique le diptyque suivant regarde Notre-Seigneur Jesus-Christ, la Ste. Vierge & les Saints, je ne laisserai pas de le mettre à la suite des autres; tant parce qu'il s'y trouve de même dans le livre de M. Buonaroti, que parce que Remus & Romulus avec la louve y sont représentés, & que le saint y est mêlé avec le profane. Ce monument qui est de la fin du neuviéme siécle, méritoit bien d'être donné par un aussi habile homme que M. Buonaroti, à qui il appartient. L'Eglise se servit aussi de diptyques, & par succession de temps elle les mit à plusieurs usages; comme on peut voir dans ceux qui en ont traité, & assez au long dans le Glossaire Latin de M. du Cange. Il y en avoit où l'on écrivoit le nom des Evêques morts dans la communion de l'Eglise : d'autres où l'on mettoit les noms des Papes, des Evêques, Archevêques, & des Empereurs vivans : d'autres où l'on mettoit le nom des morts, des bienfacteurs ou des fondateurs, pour lesquels on devoit prier au saint sacrifice de la Messe: d'autres enfin, comme celui-ci, qui contenoient les images de Jesus Christ, de la Sainte Vierge & des autres Saints. Pl. LXXXIII.

Venons donc à notre diptyque qui est entier, & dont les deux côtés se plient, tiennent ensemble & sont liés par une espece de charniere. Au plus haut de l'un des côtés, on voit dans un cercle ou une médaille le buste de Notre-Seigneur Jesus-Christ qui tient à la main un livre : la médaille est soutenuë par des Anges, un d'un côté, l'autre de l'autre. Au-dessous on lit cette inscription en grosses lettres, EGO SVM IHS NAZARENVS. Sous cette inscription est un Crucifix, qui montre bien des choses remarquables. En commençant par le haut, le titre de la Croix est pris de S. Marc, REX JVDEORVM. La tête de Notre-Seigneur est ornée d'un diademe, & du nimbe ou du cercle lumineux qui l'entoure. Au côté droit de la tête de Notre-Seigneur, est la figure à demi corps d'un jeune-homme qui tient un flambeau, & qui a sur

---

CAPUT NONUM.

Diptychum Abbatis Odelrici, in quo sacrum cum profano admixtum.

ETsi diptychum sequens D. N. J. Christum respiciat, nec non B. Virginem & Sanctos, aliis tamen præcedentibus subjungetur, tum quia sic editum fuit in libro D. Bonarotæ, quia Remus & Romulus cum lupa hîc depinguntur, & cum sacro profanum admixtum est. Hoc porro monumentum vertente nono sæculo factum lucem adspicere debuit, & viri doctissimi Bonarotæ, ad quem pertinet, explicationibus ornari. Ecclesia quoque ipsa diptycha adhibuit, illaque variis temporibus variis destinavit usibus; ut videas apud illos qui hoc augmentum pluribus prosequuti sunt, & præcipue in Glossario Cangii latino. Erant diptycha in quibus Episcoporum in communione Ecclesiæ defunctorum nomina inscribebantur : alia ubi reponebantur nomina Paparum, Episcoporum, Archiepiscorum, Imperatorum viventium : alia ubi consignabantur nomina mortuorum benefactorum sive fundatorum, pro quibus in Sacro-sancto Missæ sacrificio orandum erat; alia demum quæ ut istud imagines Christi, B. Virginis, & sanctorum continebant.

Jam igitur ad hoc diptychum veniamus, quod integrum est, & cujus duo latera sive duæ partes plicantur, & clauduntur verticulis conjuncta. In altero latere & in summa tabula visitur in circulo, sive quodam ceu numismate protome Christi librum manu tenentis; numisma autem à duobus Angelis sustentatur hinc & inde positis. Sub hoc numismate legitur sequens descriptio, EGO SVM IHS NAZARENVS: sub inscriptione Crucifixus est, multa spectabilia offerens. A suprema crucifixi parte incipimus. Crucis titulus ex Marco desumtus est : REX JUDEORUM. Caput Christi Domini diademate ornatur, & nimbo sive luminoso circulo. Ad dexteram capitis Christi est protome juvenis cujusdam facem tenen-

la tête l'inſcription SOL : c'eſt donc le ſoleil. De l'autre côté une jeune fille, qui n'eſt diſtinguée de l'homme que par des bracelets, tient auſſi un flambeau, & a l'inſcription LVNA, la lune : les deux portent la main à leurs yeux, comme pleurant la mort de leur Créateur. Dans un Crucifix donné par Lambec au ſecond livre de la Bibliothéque Impériale p. 432. lequel Crucifix eſt du neuviéme ſiécle comme celui-ci, le Soleil & la lune ſont peints à droite & à gauche du haut de la Croix.

Les deux bras de la Croix ſont fort larges, les bras de Jeſus-Chriſt y ſont cloués à la main. Au-deſſous du bras droit on lit MVLIER EN, & ſous l'inſcription on voit la Sainte Vierge qui a la tête entourée du nimbe, & qui leve la main vers le ciel. Sous le bras gauche eſt écrit DISSIPVLE ECCE. *Diſſipule* eſt là pour *Diſcipule.* Le Diſciple S. Jean eſt au-deſſous, ayant auſſi la tête entourée du nimbe. Il tient d'une main un livre, qui eſt ſon Evangile, & porte l'autre à ſa jouë, comme pleurant la mort de ſon cher Maître. Monſeig. Fontanini aſſure qu'à Civitale dans le Frioul Diocèſe d'Aquilée, il y a dans la Collegiale une tablette d'yvoire, où eſt un Crucifix en bas relief avec les figures de la Sainte Vierge & de S. Jean ; & que ſur la tête de la Vierge eſt écrit, M. EN. FIL. TVVS. *Mulier en filius tuus :* & ſur S. Jean, AP. ECCE M. TVA. *Apoſtole ecce mater tua.* On voit ſur la même tablette les figures du ſoleil & de la lune comme dans cette image. Une choſe fort ſinguliere, & que je n'ai jamais remarquée ailleurs, eſt un œil humain bien formé ſur le ventre de Notre-Seigneur Jeſus-Chriſt. Une choſe ſi extraordinaire eſt apparamment fondée ſur quelque hiſtoire ou ſur quelque merveille que nous ne ſçavons pas. Depuis la ceinture le Chriſt eſt entouré d'un drap ou d'un linge, qui lui deſcend juſqu'au bas des cuiſſes ; c'eſt ce qu'on voit ordinairement aux plus anciens Crucifix. Les deux pieds ſont attachés avec deux clous & à part ; c'eſt encore l'ancienne maniere, dont on repréſentoit du moins le plus ſouvent J. C. crucifié. Nous en avons déja parlé au cinquiéme tome de l'Antiquité p. 237. & nous aurons apparemment occaſion d'en parler plus au long. Ce Crucifix eſt fondé ſur des feuillages, qui ſont comme ſa baſe ; & au-deſſous de cette baſe eſt repréſentée la louve qui allaite Remus & Romulus. L'inſcription au-deſſus ſe lit ainſi : *Romulus & Remulus à lupa nutriti ;* Romulus & Remulus nourris par

---


tis, ſupra caput hujus inſcriptio eſt, SOL, quia hoc juvene ſol repræſentatur. In altero latere puella à juvene illo ſolis armillis diſtinguitur, facem ipſa quoque tenet, & inſcriptionem habet LVNA. Ambo manum oculis admovent, quaſi mortem creatoris ſui deflentes. In altero Crucifixo quem Lambecius in Bibliotheca Cæſarea edidit. lib. 2. p. 432. qui noni item ſæculi eſt, ut hic quo de agimus, ſol & luna ad dexteram item & ſiniſtram depicti ſunt.

Duo crucis brachia admodum lata ſunt, ubi manus Chriſti affixæ ſunt. Sub brachio dextro legitur, MVLIER EN, & ſub hac inſcriptione B. Virgo conſpicitur, cujus caput nimbo ornatur, illa vero manum ad cælum erigit. Sub brachio ſiniſtro ſcribitur, DISSIPVLE ECCE, *Diſſipule*, pro *Diſcipule* ſcriptum fuit. Diſcipulus Joannes ſubtus depingitur nimbo ipſe quoque ornatus. Altera vero manu librum tenet, nempe Evangelium ſuum, & alteram manum genæ ſuæ admovet, quaſi lugens mortem magiſtri cariſſimi. Illuſtriſſimus Fontaninus narrat in agro Forojulienſi, in loco cui nomen Civitale in diœceſi Aquileienſi in Collegiali tabulam eſſe eburneam, in qua Crucifixus in anaglypho repræſentatus cum imaginibus B. Virginis & S. Joannis, & ſupra caput beatæ Virginis ſcriptum eſſe, M. EN FIL. TVVS. *Mulier en Filius tuus :* ſupra Joannis caput, AP. ECCE M. TVA. *Apoſtole ecce mater tua.* In eadem tabula viſitur imago ſolis & lunæ, ut in hoc diptycho. Res plane ſingularis quam nuſpiam obſervaveram, oculus eſt humanus optime efformatus in medio ventre Domini N. J. Chriſti. Res uſque adeo inſolita aliquod miraculum, ut videtur, nobis ignotum ſpectat. A zona Chriſtus panno ſive linteo opertus eſt ad uſque genua pene defluente; id vero obſervatur in omnibus pene veterum chriſtianorum Crucifixis. Ambo pedes ſuo clavo ſinguli transfiguntur : pertinet etiam illud ad veterem morem, quo Chriſtus crucifixus repræſentabatur, ſaltem ut plurimum. Qua de re jam actum à nobis eſt in quinto Antiquitatis explanatæ tomo p. 237. & erit fortaſſe occaſio hæc pluribus perſequendi. Hic Crucifixus in foliis fundatur, quæ quaſi baſim præſtant : & ſub hujuſmodi baſi exhibetur lupa Remum & Romulum lactans. Inſcriptio ibidem ſic legitur, *Romulus & Remulus à lupa nutriti.* Ignarus ille


DIPTYQUE SAC











M. B




CONFESSORISDNISCISGREGORIVSSILVESTROFLA
VIANICENOBIORAMBONAAGELTRVDACONSTRVXI


QVODEGOODELRICVSNFIMVSDNISERBVSETABBAS
SCVLPIREMINISITINDOMINOAMEN

la louve. L'ouvrier mal habile a mis Remulus pour Remus : on ne peut guére rien voir de plus grossier que l'est tout cet ouvrage.

A l'autre côté on voit d'abord la Ste. Vierge assise, qui tient le petit Jesus sur son giron : la Vierge & le petit Jesus ont le nimbe à l'ordinaire. La base où la Sainte Vierge tient ses pieds, a la forme de l'extrémité d'un globe rayé de plusieurs bandes. Deux Seraphins, l'un à droit, l'autre à gauche de la Sainte Vierge, se font remarquer par leur six aîles, toutes couvertes d'yeux, comme dit le Prophête Isaïe. Ces deux Seraphins ont leurs pieds sur deux rouës ajustées & entrelassées de la maniere qu'on voit sur l'image. Une chose à remarquer dans ces Seraphins, qui sont ici mis de face, c'est qu'ils ont de longs cheveux, mais tous ramenés d'un côté: ce qui s'observe aussi à la tête du Crucifix.

Au-dessous de cette premiere image on voit trois Prélats qui portent le *pallium*, dont l'on peut ici considérer la forme. Deux des trois tiennent chacun un livre de la main gauche : je ne parle pas des festons qui les entourent, & que chacun peut considérer. Leurs noms sont Gregoire, Silvestre & Flavien, comme nous l'apprend l'inscription qui est en quatre lignes, dont deux sont sur les têtes de trois Prélats; la troisiéme sous leurs pieds. Au-dessous de cette troisiéme ligne est un jeune homme couché, que M. Buonaroti croit être un Ange qui vole dans les airs; il a le nimbe comme les trois Prélats, & il tient d'une main une palme, & de l'autre un flambeau : ce qui n'est pourtant pas fort aisé à reconnoître. La quatriéme ligne est tout au bas de l'image. Ces quatre lignes font une inscription Latine des plus barbares qu'on ait jamais vuës; mais qui apprend & l'âge du diptyque, & d'autres choses remarquables : voici comme on la doit lire. *Confessoris Domini sanctis Gregorius Silvestro Flaviani Cenobio Rambona Ageltruda construxi. Quod ego Odelricus infimus Domini serbus & Abbas sculpire mini sit in Domino amen.* Le sens de cette inscription est : *Ce sont les saints Confesseurs du Seigneur, Gregoire, Silvestre & Flavien. C'est moi Ageltrude qui ai bâti ce Monastere de Rambona; & moi Odelric très-humble serviteur du Seigneur & Abbé, j'ai fait graver ce diptyque en Notre-Seigneur.* Amen.

Ces trois Saints, Gregoire, Silvestre & Flavien étoient sans doute honorés dans cette Abbaye; & c'est pour cela qu'on les a mis dans ce diptyque. Pour

---

artifex pro Remo Remulum posuit : nihil unquam rudiore & imperitiore manu adornatum conspeximus.

In altero latere statim conspicitur beata Virgo sedens, Jesum puerum in gremio sedentem tenens. Et Virgo & puer Jesus nimbo exornantur. Basis quam pedibus beata Virgo calcat, extremum globum variis lineis distinctum refert. Duo Seraphim, alius à dextris, alius à sinistris Virginis, spectabiles admodum sunt à sex alis quæ oculis respersæ sunt, ut ait Isaias Propheta. Duo autem illi Seraphim pedes duabus rotis imponunt, quæ rotæ eo modo concinnatæ sunt, quem uno intuitu percipias. Hoc observandum est in hisce Seraphim, quod vultum adversum exhibentes longum capillitium habebant, sed totum in unum latus rectum : id quod etiam in Crucifixo conspicitur.

Sub illa priore imagine, tres Archiepiscopi cernuntur pallium gestantes, cujus hîc formam considerare potes. Ex tribus duo librum manu sinistra tenent: nihil dicam de sertis circumpositis, quæ quisque despicere possit. Eorum nomina sunt, Gregorius, Silvester & Flavianus, ut ex inscriptione docemur : quæ inscriptio quatuor versibus absolvitur : duo autem versus Archiepiscorum capitibus imminent; tertius sub pedibus eorum est : & sub illo tertio versu juvenis conspicitur pronus quasi decumbens, quem D. Bonarota putat Angelum esse per aera volantem; nimbum gestat ut tres alii, & altera manu palmam tenet, altera facem. Hæc porro non ita facile dignoscuntur, ut certo loqui possimus. Quartus versus in imo positus est. Hi porro quatuor versus inscriptionem efficiunt ita barbaram, ut vix similem reperire possis : hæc non spernenda aperit. Sic porro legatur oportet. *Confessoris Domini sanctis Gregorius Silvestro Flaviani cœnobio Rambona Ageltruda construxi. Quod ego Odelricus infimus Domini Serbus & Abbas sculpire mini sit in Domino amen.* Sic igitur latino-barbare dicitur, hos esse Sanctos Confessores Domini Gregorium, Silvestrum & Flavianum; Cœnobium Rambonam sive de Arabona ab Ageltruda constructum esse, & Odelricum Abbatem hoc diptychum sculpi curavisse.

Hi tres sancti Gregorius, Silvester & Flavianus in Ecclesia ista haud dubie in honore habebantur, ideo-

ce qui eſt d'Ageltrude fondatrice du Monaſtére de Rambona dans la Marche d'Ancone, M. Buonaroti prouve que c'eſt la femme de Gui Empereur, & mere de Lambert, qui fut auſſi Empereur après ſon pere. Il rapporte une charte de Berenger Roi de l'an 898. qui accorde à l'Impératrice Ageltrude la terre d'Arabona, où le Monaſtére étoit déja bâti. Arabona eſt la même choſe que Rambona, les deux noms ſe trouvent dans des temps également anciens. Ageltrude, que les auteurs appellent auſſi Agildrude, ou Angildrude, (il ſe trouve encore d'autres varietés ſur ce nom) cette princeſſe, dis-je, fut femme de Gui, premierement Duc de Spolete, puis Roi d'Italie, & enfin proclamé Empereur en 891. Ce monument nous apprend auſſi qu'Odelric étoit alors Abbé d'Arabona ou de Rambona.

que in diptycho locum habent. Quod autem Ageltrudem illam ſpectat quæ Monaſterium de Rambona in Piceno fundavit, probat V. Cl. Bonarota uxorem fuiſſe Guidonis Imperatoris, matremque Lamberti, qui ipſe poſt patrem Imperator fuit. Affert autem diploma Berengarii Regis anno 898. datum, qui Ageltrudæ Imperatrici terram Arabonæ concedit, ubi Monaſterium jam ſtructum erat. Arabona idipſum eſt quod Rambona: hæc duo nomina paris antiquitatis ſunt. Ageltruda quam Scriptores vocant etiam Agildrudam, & Angildrudam (aliæque item in hoc nomine varietates obſervantur) Ageltruda, inquam, uxor fuit Guidonis primo Ducis Spoletani, deinde Italiæ Regis, demumque Imperatoris promulgati anno 891. In hoc monumento etiam diſcimus Odelricum tunc Abbatem fuiſſe Arabonæ ſeu Rambonæ.



CHAPITRE DIXIE'ME.

Diptyque ſingulier de M. du Tilliot, qui repréſente Stilicon.

Pl. LXXXIV. CE diptyque nous eſt venu après tous les autres, dont nous venons de donner la figure & la deſcription. Nous n'avons qu'un des côtés; l'autre côté qui nous manque, avoit dans ſon inſcription le nom du Conſul ou de l'homme conſulaire repréſenté dans ce tableau. Ce monumenr eſt de M. du Tilliot, ci-devant Gentilhomme de Monſeigneur le Duc de Berri, qui demeure préſentement à Dijon. Son cabinet eſt compoſé de pluſieurs pieces antiques très-curieuſes: inſtruit comme il l'eſt de l'uſage qu'on en doit faire, il les communique volontiers à ceux qui travaillent pour le public.

Ce diptyque conſidéré dans toutes ſes parties, eſt des plus ſinguliers. Il y a trois choſes principales à remarquer, l'inſcription, la figure de cet officier de l'Empire & tout ce qui l'accompagne, & le ſpectacle de l'amphiteâtre repré-

CAPUT DECIMUM.

Diptychum ſingulare D. du Tilliot Stiliconem repræſentans.

SEro nobis acceſſit hoc diptychum, poſtque alia omnia, quæ ſupra protulimus & explicavimus. Alterum vero diptychi latus tantum ad hæc uſque tempora ſervatum fuit. Latus autem alterum quod amiſſum eſt, conſulis ſive conſularis viri in tabula expreſſi & inſculpti nomen præ ſe ferebat in inſcriptione ſua. Hoc porro monumentum eſt nobilis viri Dom. du Tilliot, ex comitatu olim ſereniſſimi Ducis Bituricenſis, qui jam Divione ſedes habet. Ejus muſeum precioſis cimeliis antiquis bene multis inſtructum eſt. Cum autem probe teneat, cui uſui eſſe poſſint hujuſmodi monumenta, ea ille libenter offert iis qui rem litterariam tractant, & his ſimilia publicare ſatagunt.

Hoc diptychum, partes ejus ſingulas conſideres, inter ſingulariſſima computandum. Tria vero ſunt præcipue examinanda; inſcriptio, viri illius conſularis imago cum circompoſitis ipſi figuris, amphi-

DIPTIQUE DE STILICON





m.r du Tilliot

Tome 3. Pl. 84

ſenté au bas de l'image. L'inſcription écrite en abbrégé & en lettres longues, eſt telle:

EXC. SAC. STAB. ETM. M. POR. EXC. C. OR.

Il y a dans l'original quelques lettres qui s'élevent au-deſſus des autres ; particularité qui s'obſerve dans pluſieurs autres inſcriptions : c'eſt un pur caprice, dans lequel il ne faut point chercher de myſtere.

La plus grande partie de l'inſcription ſe lit ſûrément ; la fin ſemble avoir quelques difficultés. Je lis donc d'abord, *Ex comite ſacri ſtabuli & magiſter militiæ per orientem.* Ce qui ſuit n'eſt pas tout à fait ſi aiſé à expliquer ; peut-être le pourroit-on lire ainſi, *Ex comitibus orientis ;* mais cette leçon a bien des difficultés, comme nous verrons ci-après, & il y a apparence que nous lui en ſubſtituerons une autre. Le ſens de l'inſcription eſt donc, que cet officier de l'Empire, repréſenté dans le diptyque, eſt ce qu'on appelloit *Comes ſacri ſtabuli ;* c'étoit comme grand écuyer ; qu'il étoit maître de la milice dans l'orient, & encore du nombre des comtes de l'Orient, ſi l'explication propoſée pouvoit paſſer. De ce mot *Comes ſtabuli*, eſt venu le nom de Connétable, qui ne ſignifie plus ce que le nom Latin ſignifioit originairement. On peut voir ce que dit là-deſſus M. du Cange dans ſon Gloſſaire Latin.

Toutes les qualités portées dans l'inſcription conviennent à Stilicon, ce fameux officier de l'Empire ſous le grand Théodoſe & ſes enfans. Il devint célebre par ſes victoires, mais ſon ambition le jetta enfin dans le précipice. Son nom, comme nous venons de le dire, étoit à l'autre côté du diptyque, de même que dans les diptyques de Liége & de Bourges, dont nous avons donné l'image à la planche LIII. du troiſiéme tome de l'Antiquité, où l'un des côtés a l'inſcription qui ſuit *Flavius Anaſtaſius*, *Paulus*, *Probus*, *Sabinianus*, *Pompeius*, *Anaſtaſius* ; & l'autre côté du diptyque ſont ſes charges & ſes qualités, *vir illuſtris, comes domeſticorum equitum & conſul ordinarius.* Il en étoit de même de ce diptyque ; un des côtés contenoit le nom de l'officier, & l'autre nous apprend les charges qu'il occupoit.

Ce qui me perſuade que c'eſt Stilicon, c'eſt, comme je viens de dire, que tous les titres d'honneur portés dans l'inſcription lui conviennent. Il étoit *co-*

---

theatricumque ſpectaculum in ima diptychi parte repræſentatum. Inſcriptio cum pauculis cujuſque vocis litteris expreſſa ſic habet :

EXC. SAC. STAB. ETM. M. POR. EXC. C. OR.

quædam ſunt litteræ cæteris altiores, id quod etiam obſervatur in aliis bene multis inſcriptionibus. Verum id arbitratu veterum factum fuit, nihilque ibi arcani ſuſpicandum eſt.

Inſcriptionis major pars ſine periculo errandi legitur ; in fine aliquid difficultatis occurrere videtur. ſic itaque priorem majoremque partem lego : *Ex comite ſacri ſtabuli & magiſter militiæ per Orientem.* Quod porro ſequitur, non ita facile explicatur, fortaſſe legi poſſet EXC. C. OR. *ex comitibus Orientis :* verum hæc lectio, ut infra videbitur vix poteſt admitti : ipſique, ut credere eſt, aliam ſubſtituemus. Inſcriptionis ergo ſenſus eſt hunc imperii procerem virum, eſſe comitem ſacri ſtabuli qui Imperatorio equili præerat, & magiſtrum militiæ per Orientem, atque etiam ex comitibus Orientis, ſi tamen hæc lectio ſtare poſſit. Ex illo autem *comes ſtabuli* orta eſt vox *Conneſtabilis*, quæ priorem illam ſignificationem non retinuit. Ea de re conſulatur Cangius in Gloſſario latino.

Hæc porro munia omnia in Stilichonem conveniunt Ducem illum celebrem ſub Theodoſio magno ejuſque filiis. Victoriis ſane inclitus ille fuit ; ſed ob affectatum imperium tandem periit, & occiſus eſt. Nomen ejus, uti jam diximus, in altera diptychi parte inſculptum erat ; quemadmodum & in diptychis Leodienſi & Bituricenſi, quorum imaginem dedimus in tab. LIII. tertii Antiquitatis explanatæ tomi, ubi in altera tabella ſequens inſcriptio legitur. *Flavius Anaſtaſius*, *Paulus*, *Probus*, *Sabianus*, *Pompeius*, *Anaſtaſius*, ibi nomen exprimitur ; in altera verbo tabella ejus munia declarantur, *vir illuſtris* ; *comes domeſticorum equitum, & conſul ordinarius.* Eodem prorſus modo in hoc diptycho, quando integrum erat, in altera tabella nomen Ducis, ſeu viri conſularis erat, in altera, ejus officia honoreſque. Hinc autem comperio Stilichonem eſſe, quod, ut modo dixi, officia muniaque omnia hîc enunciata in Stili-

mes sacri stabuli, *comte du sacré étable*, ou *de la sacrée écurie*, & maître de la milice dans l'Orient. Ce qui suit dans l'inscription, va être examiné bien-tôt.

Les dignités de Stilicon se trouvent dans deux inscriptions de Gruter, p. CCCC XII. La premiere qui est entiere commence ainsi; je lis tout au long ce qui n'est qu'en abbrégé, *Flavio Stilichoni viro clarissimo :* & plus bas, *Flavio Stilichoni illustrissimo viro*, *&c.* Les éditions de Claudien que j'ai vuës lisent Stilico sans h. La seconde inscription qui est tronquée, & dont le haut a sauté avec le nom de Stilicon, a été très-certainement mise pour le même Stilicon; & comme elle peut beaucoup servir à expliquer notre diptyque, nous la donnons entiere dans le Latin. Le sens en est tel :

„ [Au très-excellent Stilicon] deux fois consul ordinaire, maître de l'une „ & de l'autre milice, comte des domestiques & de l'étable sacré, qui dès sa „ jeunesse passant par tous les degrés de la milice, est monté jusqu'à contrac- „ ter alliance avec les Empereurs, & a été le compagnon de leurs guerres & de „ leurs victoires. Allié du feu Empereur Théodose Auguste, beau-pere d'Ho- „ norius Auguste notre seigneur & maître. C'est le peuple Romain, qui en „ considération de l'amour que ce grand homme lui a toujours porté, & du „ soin qu'il a pris de sa conservation, lui a fait ériger une statuë de cuivre & „ d'argent au lieu qu'on appelle *Rostra*, voulant que ce soit un monument éter- „ nel à sa gloire.

„ C'est l'illustre Flavius Pisidius Romulus préfet de la ville qui en a pris le „ soin.

Voilà les dignités de Stilicon, les mêmes qui sont énoncées dans l'inscription des diptyques. La premiere est qu'il a été deux fois consul : nous expliquerons notre pensée sur celle-là, après que nous aurons parlé des autres. Il y est dit *Magister utriusque militiæ*, & l'inscription du diptyque a *Magister militiæ per orientem*, maître de la milice en Orient. Dans le Code Théodosien tome 6. p. 325. Il est dit que Stilicon a été sous le grand Théodose maître de la milice en Orient. Il est deux fois appellé *Magister utriusque militiæ* tome 2. p. 293. & page 333. Dans une inscription si abbrégée, & où l'on ne voit ordinairement qu'une ou deux lettres pour chaque mot, on ne met pas tout, & c'est apparemment pour la même raison qu'il n'est point ici fait mention de *comes domesticorum*. La qualité de *Magister militiæ per orientem* étoit des plus considérables;

---

chonem conveniant. Erat ille comes sacri stabuli, Magister militiæ per Orientem; illud autem quod inscriptione sequitur, mox expendetur.

Stilichonis munia, officiaque in duabus Gruteri inscriptionibus occurrunt, pag. CCCCXII. Prima quæ integra est, sic incipit, sicque legenda est. *Flavio Stilichoni viro clarissimo*, & infra, *Flavio Stilichoni illustrissimo viro*, *&c.* Claudiani editi quos vidi Stilico habent sine *h*. Secunda inscriptio, quæ mutila est, cujusque primi versus cum Stiliconis nomine exciderunt; ad Stiliconem & ipsa certissime pertinet : & quia ad explicationem hujusce diptychi multum confert, hîc integra referetur.

... *Viro, bis consuli ordinario, Magistro utriusque militiæ, comiti domesticorum & stabuli sacri : atque ab ineunte ætate per gradus clarissimæ militiæ ad columen Regiæ adfinitatis evecto : socio bellorum omnium & victoriarum. Adfini etiam divi Theodosi* (sic) *Augusti, itemque socero Domini nostri Honorii Augusti; populus Romanus pro singulari ejus circa se amore, atque providentia, statuam ex ære argentoque in rostris ad memoriam gloriæ sempiternæ collocandam decrevit.*

Exequento Flavio Pisidio Romulo viro clarissimo, Præfecto urbis.

Hi honores, hæc munia Stiliconis erant, eadem scilicet quæ in diptycho enunciantur. Primum est ipsum fuisse bis consulem; qua de re quid censendum sit mox explicabitur, postquam de reliquis officiis verba fecerimus. Hîc porro vocatur Stilico *Magister utriusque militiæ*; inscriptio autem diptychi sic habet, *Magister militiæ per Orientem*. In codice Theodosiano tom. 6. p. 325. dicitur Stilichonem sub Theodosio Magno fuisse Magistrum militiæ in Oriente. Bis etiam alibi vocatur *Magister utriusque militiæ*, Cod. Theod. tom. 2. p. 293. & p. 333. In hujusmodi inscriptione, ubi per primas tantum litteras omnia exprimuntur, non omnia enunciantur : indeque est quod nulla hîc mentio habeantur *comitis domesticorum*. Munus illud Magistri militiæ per Orientem inter præstantissima

les Empereurs Honorius & Arcadius écrivant à Hypatius appellé maître de la milice dans l'orient (Cod. Theod. to. 2. p. 472.) le qualifient de Votre magnificence, *ex insinuatione magnificentiæ tuæ*.

Comte de l'étable sacrée, qui se trouve & dans l'inscription de Gruter & dans le diptyque, est une qualité qu'on voit fort rarement dans les inscriptions : je ne l'ai encore trouvée qu'appliquée à Stilicon ; & cela confirme notre sentiment sur Stilicon, qui est appellé *Comes sacri stabuli* dans l'une & dans l'autre inscription.

Je reviens aux dernieres lettres de l'inscription du diptyque EXC. C. OR. qui paroissent avoir plus de difficulté : cela voudroit-il dire *ex bis consule ordinario ?* Les deux C. C. distingués par des points marqueroient deux consulats : cela paroit mieux convenir à Stilicon, que *ex comitibus orientis*. Il a été deux fois consul : la premiere avec Aurelien en l'an 400. de Jesus-Christ ; la seconde avec Anthemius en 405. Dans l'inscription de Gruter rapportée ci devant, il est appellé deux fois consul ordinaire. Si cette leçon est véritable, c'est indubitablement Stilicon dont il est parlé ici ; & ce diptyque aussi bien que l'inscription de Gruter auront été faits entre l'an 405. où il fut consul pour la seconde fois, & l'an 408. où il fut tué par les soldats. J'entrevois que nous pourrons encore trouver quelque chose qui confirmera cette opinion.

L'habit, l'attitude, les ornemens du consul ou de l'homme consulaire assis, sont assez semblables à ceux que nous voyons dans les diptyques de Bourges & de Liége, tous deux faits pour le consul Anastase. Celui-ci est assis comme Anastase sur un grand siége soûtenu sur quatre pieds d'animaux, dont on voit les têtes à droite & à gauche : chacune des têtes a un grand anneau à la gueule. Ce siége est entre deux colomnes torses d'ordre Corinthien ; ce qu'on ne voit pas dans les deux diptyques d'Anastase. Stilicon est ici la tête nuë, au lieu que Anastase a un ornement de tête, tel que nous l'avons représenté à la planche LIII. du troisiéme tome de l'Antiquité. Ce même ornement de tête se voit dans la large bande que Stilicon porte à l'ordinaire sur son habit, où est représenté un consul tenant un sceptre d'une main, & la nappe pliée de l'autre : au-dessus de celui-là on voit sur la même bande une autre image d'un consul. Je m'apperçois ici tout d'un coup que voilà les deux consulats de Stilicon marqués sur

---

censebatur. Honorius & Arcadius Imperatores in Epistola ad Hypatium Magistrum militiæ per Orientem God. Theod. to. 2. p. 472. ipsum hoc honoris titulo insigniunt : *ex insinuatione magnificentiæ tuæ*, &c.

Comes sacri stabuli, qui honoris titulus occurrit apud Gruterum & in diptycho, rarissime alibi reperitur. Nusquam adhuc inveni nisi in hisce duabus inscriptionibus, idque sententiam circa Stilichonem nostram confirmat, qui in utraque inscriptione vocatur *Comes sacri stabuli*.

Jam ad postremas diptychi litteras veniendum EXC. C. OR. An his significetur : *Ex bis consule ordinario ?* Duæ litteræ C. C. punctis notatæ binos consulatus significabunt. Hæc melius in Stiliconem convenire videntur, quam illud *ex comitibus Orientis*. Bis quippe consul fuit, nempe cum Aureliano anno Christi 400. & cum Anthemio anno 540. In Gruteri inscriptione quam supra attulimus bis consul ordinarius dicitur. Si hæc sit vera genuinaque lectio, procul dubio ad Stiliconem hoc diptychon pertinet ; atque tum diptychon, tum inscriptio illa, adornata fuerint ab anno 405. quo is secundo consul fuit ad annum 408. quo à militibus Stilico interfectus est. Subodoror autem mox alia oritura esse, quæ hanc sententiam fulciant.

Vestis, modus, ornamenta consulis, seu viri consularis sedentis, iis quæ in diptichis Leodiensi ac Bituricensi conspicimus similia sunt, quæ duo diptycha Anastasium consulem referunt. Hic vero perinde atque Anastasius sedet in solio grandi quatuor ferarum pedibus fulto, quarum bina capita hinc & inde comparent annulum ore tenentia. Solium autem hîc inter duas columnas tortiles ordine Corinthio positum est, id quod in Anastasii binis diptychis non perspicitur. Stilico nudo hîc capite est, cum contra Anastasius ornatum capitis habeat, qualem expressimus in tabula LIII. tertii Antiquitatis explanatæ tomi. Hîc tamen capitis ornatus conspicitur in orario seu lata fascia illa, quam pro more gestat Stilico, nam ibi depictus exprimitur consul alterâ sceptrum ; tenens, alterâ vero complicatam mappam ; ibidem autem supra hanc consulis imaginem, altera similis imago consulis cernitur. In mentem subit hîc binos repræsentari consulatus, quos obierat Stilico ; in duabus nempe imaginibus consulem exprimentibus, qui

cette large bande par les deux images de conſul, qui portent l'ornement de tête de conſul ; ornement qui ne paroît pas ſur la tête de la principale image, parce que Stilicon n'étoit plus conſul quand on fit ce diptyque. Cela paroît évident, & confirme la leçon des dernieres lettres de l'inſcription : EXC. C. OR. ſera donc, *ex conſule conſule ordinario*, ou, *ex bis conſule ordinario.* Il faut ici rappeller l'inſcription que nous avons rapportée tirée de Gruter, *bis conſuli ordinario, magiſtro utriuſque militiæ, comiti domeſticorum & ſacri ſtabuli. Deux fois conſul ordinaire, maître de l'une & de l'autre milice, comte des domeſtiques & de l'étable ſacrée.* Tout bien conſidéré, je crois que nous pouvons nous en tenir à cette leçon. Ce ſera donc Stilicon, qui dans la grande image ne porte pas l'ornement de tête des conſuls, parce qu'il n'étoit pas conſul quand on fit ce diptyque ; mais qui le porte dans ſes deux images de la large bande, miſes pour ſes deux conſulats.

Un habile homme de mes amis croit que ces lettres EXC. C. OR. ſe peuvent lire, *ex conſule conſul ordinarius* ; ce qui marque, dit-il, qu'il a déja été conſul, & qu'il l'eſt encore pour la ſeconde fois. Mais outre que cette expreſſion, *ex conſule conſul*, ne me paroît point avoir été en uſage pour marquer un ſecond conſulat, & que je n'ai jamais vu cette formule employée pour quelque ſorte de magiſtrature que ce puiſſe être ; il faut rappeller ici ce que nous venons de dire, que Stilicon eſt repréſenté deux fois Conſul dans deux images que nous voyons dans la bande, & qu'il porte là l'ornement de tête des Conſuls, tel que nous le voyons dans les diptyques d'Anaſtaſe Conſul, & dans une autre image donnée à la planche LIII. du troiſiéme tome de l'Antiquité, & que cet ornement ne ſe voit pas dans la grande image du diptque ; ce qui marque qu'il n'étoit pas Conſul quand le diptyque fut fait.

Il faut remarquer qu'il eſt dit dans la même inſcription de Gruter, que le peuple Romain érigea une ſtatuë à Stilicon, qui fut miſe au *Roſtra*, lieu ſi célébre dans l'hiſtoire Romaine, & que ce fut Fl. Piſidius Romulus préfet de Rome qui éxécuta la volonté du peuple Romain. Ces érections de ſtatuës en l'honneur des Princes & des Grands de l'Empire, ſe faiſoient avec beaucoup de pompe & de ſolemnité. Ce ſera apparemment alors que Stilicon aura donné une *miſſion* pour les jeux de l'amphitéâtre & du cirque, telle que nous la

---

ornamentum capitis conſulare geſtat, quod ornamentum in majore illa imagine non comparet, quia Stilico Conſul non erat, cum hoc diptychon factum eſt. Id certe conſpicuum eſſe videtur & lectionem poſtremarum inſcriptionis litterarum confirmat, EXC. C. OR. erit igitur *ex conſule conſule ordinario*, vel *ex bis conſule ordinario.* Hîc repetenda illa Gruteri inſcriptio, quam ſupra retulimus: *bis conſuli ordinario, Magiſtro utriuſque militiæ, comiti domeſticorum & ſtabuli ſacri.* Re accuratius perpenſa, puto huic lectioni ſtandum eſſe. Hîc itaque Stilico erit, qui in majori imagine ornatum capitis conſularem non geſtat, quia Conſul non erat cum diptychum adornatum fuit, & qui in duabus ejuſdem imaginibus in orario expreſſis ipſum geſtat, ad duos, quos abſolverat, conſulatus denotandos.

Vir quidam doctus mihi notus & carus putat haſce litteras EXC. C. OR. ſic poſſe legi, *ex conſule conſul ordinarius*, quo ſignificatur, inquit, ipſum jam conſulem fuiſſe, & ſecundum conſulatum gerere. Verum præterquam quod hoc loquendi genus, *ex conſule, conſul*, non videtur mihi in uſu fuiſſe ad ſecundum conſulatum indicandum : imo nec ad quemcumque magiſtratus gradum hanc formulam expreſſam vidi : hîc repetenda ſunt ea quæ ſupra dixi ; nempe Stiliconem bis conſulem hîc depingi in orario; in duabuſque illis imaginibus ornatum capitis geſtare Conſuli proprium, qualem conſpicimus in diptychis Anaſtaſii Conſulis, inque alia imagine quam dedimus in tab. LIII. tertii Antiquitatis explanatæ tomi ; quod tamen ornamentum hîc non viſitur in majore illa diptychi imagine, ut ſignificetur Stiliconem Conſulem non fuiſſe cum diptychum illud adornatum fuit.

Obſervandum autem eſt, in eadem Gruteri inſcriptione dici, populum Romanum Stiliconi erexiſſe ſtatuam, quæ poſita fuit in roſtris illis, in Hiſtoria Romana decantatis, exequente Flavio Piſidio Romulo, Præfecto urbis. Illæ porro ſtaturam erectiones, in honorem principum & procerum erectæ, cum maximo apparatu atque pompa celebrari ſolebant. Veriſimile porro eſt eodem ipſo tempore Stiliconem *miſſum* dediſſe pro ludis Amphitheatricis atque Circenſibus,

voyons sur ce diptyque, & qu'il aura fait faire ce diptyque avec d'autres pour les envoyer dans les Provinces, selon la coûtume de ces temps-là.

Le Contelori dans son traité des Préfets de la ville de Rome, imprimé dans la même ville l'an 1631. p. 70. fondé uniquement sur l'inscription rapportée ci-devant, met Fl. Pisidius Romulus préfet de la ville de Rome en l'an 394. ne prenant pas garde que l'inscription est indubitablement mise pour Stilicon, que ses deux consulats y sont clairement exprimés, & que le premier consulat de Stilicon concourant avec l'an 400. & le second avec l'an 405. l'inscription doit nécessairement être mise entre l'an 405. qui est celui où Stilicon fut Consul ordinaire pour la seconde fois, & l'an 408. où il fut tué.

Revenons à la figure de Stilicon. Les arts étoient tellement tombés en ce temps-là, qu'on ne peut guére compter sur la ressemblance de l'image avec l'original : l'ouvrier ne paroit avoir eu d'autre intention que de faire un visage. En effet les deux hommes qui sont à ses deux côtes un peu en arriere, se ressemblent entr'eux, & ressemblent à Stilicon. Ces deux hommes paroissent être deux officiers subalternes, qui assistent à la cérémonie pour faire honneur à Stilicon ; distinction que nous n'avons jamais vuë dans aucun autre diptyque. L'autorité de Stilicon étoit si grande, qu'il ne faut pas s'en étonner ; & cette autorité flatant son ambition, il affecta l'Empire & fut tué l'an 408. par l'ordre de l'Empereur Honorius. Quelqu'un croira peut-être que ces deux hommes sont deux licteurs, mais ils n'en ont aucune marque.

L'habit de Stilicon, à l'ornement de tête près, est tout à fait conforme à celui d'Anastase, réprésenté sur les diptyques de Bourges & de Liége, faits environ 80. ans après celui de Stilicon. Une tunique interieure lui descend jusqu'à la cheville du pied ; une autre tunique plus courte, mais plus ornée, laisse voir l'extrémité de la premiere. Cette tunique exterieure a pour ornement de grandes fleurs, comme dans les deux diptyques dont nous venons de parler. L'*orarium* ou la large bande sur laquelle sont peintes deux images de consuls, vient de l'épaule droite sur la poitrine, & descend ensuite jusques au bas de la tunique. Un autre habit leger substitué peut-être en la place de la toge, va d'abord d'une épaule à l'autre, revient ensuite plié sur le devant

---

quales in hoc diptycho repræsentatos conspicimus : atque etiam hoc diptychum tunc adornari curavisse cum aliis, quæ in Provincias mitterentur, ut in more positum erat.

Contelorius in opusculo suo de Præfecto urbis Romæ, in eadem urbe cuso anno 1631. p. 70. ex inscriptione Gruteri quam supra retulimus, nulloque alio allato veterum testimonio, Flavium Pisidium Romulum præfectum urbis Romæ statui fuisse anno 394. Neque animadvertit, cum inscriptio haud dubie ad Stiliconem pertineat, ejusque duo consulatus ibi memorentur, quorum primus in annum 400. secundus in annum 405. confertur, inscriptionem positam necessariò fuisse inter annum 405. & annum 408. quo ipse interfectus est.

Jam ad Stiliconis imaginem redeamus. Artes illo tempore usque adeo lapsæ erant à splendore pristino ut nequeamus in hoc schemate genuinam Stiliconis faciem agnoscere. Sculptor illud tantum in animo habuisse videtur, ut humanum vultum effingeret. Et vere duo illi viri, qui pone illum, & pene ad latus ejus utrinque adstant, vultu inter se similes, imo eadem ipsa quæ Stilico vultus lineamenta habent. Viri autem illi duo, inferioris gradus administri esse videntur, qui celebritati intersunt, & honoris causa Stiliconem comitantur. Quod honoris genus in nullo alio diptycho hactenus vidimus. Tanta porro erat Stiliconis auctoritas, ut nihil mirum, si hujusmodi clientela hîc observetur. Quæ auctoritas ipsum ad affectandum imperium deduxit : quo factum ut Honorii Imperatoris jussu anno 408. occisus sit. Putabit forte quispiam viros illos, duos esse lictores ; verum ii nullam lictorum notam præ se ferunt.

Stiliconis vestes, si ornatum capitis excipias, Anastasii indumentis quæ in ejus diptychis Leodiensi & Bituricensi conspiciuntur, omnino similes sunt, quæ duo diptycha annis circiter octoginta post hoc Stiliconis concinnata fuere. Tunica interior ad malleolo pene usque defluit ; altera tunica brevior, sed ornatior, extrema tunicæ interioris consideranda relinquit. Exterior autem tunica distincta floribus est, quemadmodum & illæ aliæ Anastasii tunicæ. Orarium sive lata illa fascia, in qua duo consules depinguntur, ab humero ad pectus descendit, indeque ad imam tunicæ oram. Alia levior vestis, quæ fortasse togæ illius veteris vices explet, ab humero altero ad alterum

& monte ſur le bras gauche. D'habiles gens, pour expliquer cet habit, ſe ſont ſervis d'un paſſage tiré d'une lettre de Valerien, raportée par Trebellius Pollion dans la vie de Claude, c. 14. L'Empereur Valerien voulant gratifier Claude alors tribun, de pluſieurs préſens écrits en détail dans ſa lettre, met ceux-ci entre les autres, *Albam ſubſericam unam cum purpura Succubitana*, (d'autres liſent *Girbitana.*) *Subarmale unum cum purpura Maura.* Ils ont, dis-je, voulu expliquer les habits d'Anaſtaſe par ce paſſage : mais je crois que ce ſeroit peine perduë que de vouloir appliquer aux habits que nous voyons ici, ces noms extraordinaires qui étoient en uſage du temps de Valerien. On peut voir au commencement du premier tome de ce Supplément l'habit d'un Conſul, tel qu'il étoit du temps de Conſtantin & de Conſtance ; & l'on trouvera qu'il n'eſt pas moins différent de l'ancien habit Romain, que de celui que nous voyons ici. Les habits qui changeoient de forme changeoient auſſi de nom. La chauſſure de Stilicon eſt tout à fait la même que celle d'Anaſtaſe.

Le ſceptre que Stilicon tient de la main gauche eſt remarquable ; il ſemble fait à l'exemple des ſignes militaires, il eſt ſurhauſſé d'une aigle. Les Empereurs du bas empire en portoient de même ; & nos premiers Rois de France, qui imitoient les Empereurs Romains en bien des choſes, avoient un ſceptre de même forme, comme nous voyons dans nos plus anciens monumens. Au-deſſus de l'aigle eſt une baſe ſur laquelle on voit l'Empereur Honorius en habit militaire, tenant de la main droite une pique ſans fer, qu'on appelloit *haſta pura*, & ſur la gauche un globe, marque de l'Empire.

De la main droite Stilicon tient la nappe pliée qu'il va jetter pour donner la *miſſion* aux jeux qu'on va célebrer dans l'amphithéâtre. La coutume de jetter la nappe fut établie, ſelon quelques-uns, par Tarquin le Superbe ; mais le Roi Théodoric dans la 51. lettre qu'on trouve avec les autres dans les ouvrages de Caſſiodore, dit que la coutume en vint du temps de Néron, & que ce Prince allant ſe mettre à table, & voyant que le peuple impatient de voir les jeux du cirque, crioit & demandoit inſtamment qu'on commençât, fit jetter par la fenêtre la nappe dont il venoit de s'eſſuyer les mains, pour donner la liberté de commencer. De-là vint la coutume de jetter la nappe, comme un

---

ſtatim tendit, & plicata in anteriorem conſpectum reducitur, ac brachio ſiniſtro imponitur. Viri quidam in re antiquaria periti, ad illud veſtimentorum genus explicandum, locum quemdam adhibuere, ex epiſtola Valeriani excerptum, quam epiſtolam adfert Trebellius Pollio in Claudio Gotticho cap. 14. Nempe Imperator Valerianus, cum Claudium tunc tribunum muneribus multis ornare vellet, quæ munera minutatim in epiſtola recenſentur ; hæc inter alia enumerat : *Albam ſubſericam unam cum purpura ſuccubitana*, (alii legunt, *Girbitana*,) *ſubarmale unum cum purpura Maura.* Illi itaque Anaſtaſii veſtes ad hunc locum aptare, atque inde illas explicare conati ſunt. Verum fruſtra, ni fallor, inſolita nomina, quæ Valeriani tempore in uſu erant, veſtibus hiſce aptare tentaveris. Si conſulis veſtes quales erant tempore Conſtantini, & Conſtantii, quas ſub initium primi hujus Supplementi tomi protulimus, adire velis, ſtatim utique deprehendes ipſas, non minus à veteri illa veſte Romana differre, quam à veſtibus in hoc ſchemate depictis. Veſtes illæ, quarum forma uſque adeo mutabatur, nomen quoque mutabant, uti quidem videtur. Calceorum modus idem ipſe eſt in Stilicone, qui in Anaſtaſio.

Sceptrum quod lævâ tenet Stilico, obſervatu dignum eſt ; ad exemplum militarium ſignorum concinnatum eſſe videtur, in culmine aquila viſitur. Labente imperio verſus finem tertii ſæculi, Imperatores ſimilia ſceptra geſtabant, ac primæ ſtirpis Francorum reges, qui in multis Romanos Imperatores imitabantur, ſceptrum habent ejuſdem formæ, ut in vetuſtioribus monumentis noſtris conſpicimus. Supra aquilam baſis eſt, quâ nititur Honorius Imperator, manu dextra haſtam puram, ſiniſtra vero globum tenens, quæ eſt imperii nota.

Dextera manu Stilico complicatam mappam tenet, quam projecturus eſt, ut miſſum ſive miſſionem det ludis in Amphitheatro celebrandis. illa mappam projiciendi conſuetudo invecta eſt, ut quidam aiunt, à Tarquinio ſuperbo : verum aliud innuit Theodoricus Rex Epiſtola 51. quæ cum aliis ejuſdem epiſtolis in edito Caſſiodori legitur p. 56. *Cum Nero*, inquit, *prandium protenderet, & celeritatem, ut aſſolet avidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram, ut libertatem daret certaminis poſtulati. Hinc tractum eſt, ut oſ-*

signal pour commencer les jeux du cirque. Je remarque que dans le diptyque de Liége, Anastase tient la nappe mise en un rouleau fort propre, accompagné de quelques petits ornemens, comme est ici celui de Stilicon. Mais dans le diptyque de Bourges la nappe est dépliée, & va être jettée pour donner la *mission* qu'on appelloit en Latin *missus*.

Dans ces deux diptyques d'Anastase, où les deux côtés du diptyque se trouvent, un des côtés représente les jeux du cirque, & l'autre ceux de l'amphithéâtre; ce qui fait voir que la mission étoit donnée pour les uns & pour les autres. Dans le diptyque de Stilicon, le seul côté qui reste représente les jeux de l'amphitéâtre. Stilicon qui donne ici la mission pour les jeux de l'amphitéâtre, donnoit sans doute de l'autre côté la mission pour ceux du cirque.

Les jeux de l'amphithéâtre sont ici représentés grossiérement à la maniere de ces temps-là, qui approchoient déja de la barbarie. On y voit des bêtes qui se battent contre d'autres bêtes, d'autres contre des hommes. Les spectateurs rangés autour de l'amphithéâtre regardent ces combats. On y voit d'abord un homme renfermé dans une espece de grand panier de bois ou de quelqu'autre matiere plus dure, qu'un ours attaque. La machine est disposée de maniere, qu'il ne peut nuire à l'homme, qui peut impunément lui porter des coups, toujours à couvert des dents & des pattes de l'ours, qui poussé de rage mord la machine, ne pouvant insulter l'homme. Plus bas est un ours qui tient un cheval par les jambes de derriere: un homme auprès du cheval semble vouloir le secourir. De l'autre côté un homme se bat contre un ours; un autre homme semble être là pour aider le combattant. Plus bas on voit un lion sur un taureau qu'il atterre & qu'il va tuer avec sa gueule & ses griffes: un homme qui est auprès semble vouloir secourir le taureau. Cet homme est couvert de fer ou de quelque autre matiere dure. L'espece de casque qui lui couvre de tous côtés la tête & le visage, est percé de petits trous, pour lui donner le moyen de respirer & voir ce qui se passe autour de lui: le reste de l'habit est de même pour le garantir de la gueule & des griffes du lion. De l'autre côté un autre homme semble faire signe à l'homme couvert de fer d'empêcher le lion de tuer le taureau. A l'extrémité du même côté un autre homme tient la porte des

---

tensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. In diptycho Leodiensi Anastasius mappam tenet obvolutam in modum rotuli, ornamentis quibusdam instructi, perinde atque in Stiliconis mappa observatur. At in diptycho Bituricensi, mappa explicata, & expansa, mox projicienda videtur, ad missum seu missionem dandam.

In hisce porro duobus Anastasii diptychis, ubi duæ diptychi tabellæ adhuc supersunt, altera Circenses, altera Amphiteatri ludos repræsentat, quo declaratur ad utrosque ludos missum sive missionem datam fuisse. In diptycho autem Stiliconis sola quæ restat diptychi pars seu tabella ludos amphitheatri exprimit. Stilico, qui hîc missum dat pro ludis amphitheatri, pro Circensibus haud dubie dabat in altera tabella.

Amphiteatri ludi hîc rudiore forma repræsentantur, pro modo videlicet illius ævi, quo jam ad barbariem deflectebatur. Hîc feræ visuntur contra feras alias seu bruta animalia pugnantes. Aliæ autem feræ contra viros concertant. Spectatores circa amphiteatrum stantes his dispiciendis intenti sunt. Statim visitur vir intra canistrum, sive machinam quamdam ligneam, vel alterius materiæ, inclusus, quem ursus aggreditur. Ita vero structa machina est, ut ursus non ad virum pertingere valeat, qui vir tamen potest pro lubito ursum lædere; ideoque ursus rabie percitus machinam mordet, cum viro nihil mali inferre possit. Infra ursus alius equi pedes posteriores tenet: adest vir proxime equum, qui ipsi opitulari videtur. In altero latere vir contra ursum pugnat, adestque vir alius qui contra feram pugnanti opituletur. In area infima leo in taurum insiliit, ipsum dentibus & unguibus apprehensum in terram deprimere videtur: adest hic quoque vir qui tauro opitulatur. Hîc porro vir totus coopertus est ferro, vel dura quapiam alia materia. Quamdam ceu galeam gestat, quæ vultum & caput tegit undique, quæque multa foramina exhibet, ut tuto possit & respirare & circumspicere: reliquum corporis tegmen eodem est concinnatum modo, ut à leonis & dentibus & ungulis tutus sit. In alio latere vir alter signum dare videtur viro ferrea veste munito, taurum ut servet, nec sinat interfici à leone. In extrema tabella vir alius carceris portam

prisons ouverte. Ces prisons qui s'appelloient en Latin *carceres*, étoient des voutes souterraines où l'on tenoit les bêtes enfermées. Les portes de ces prisons répondoient aux arenes de l'amphithéâtre : on ouvroit ces portes quand on vouloit lâcher les bêtes & les faire combattre sur les arenes. On voit ici dans ces arenes des trous qui ont des bords élevés. Ces trous répondoient aux prisons : ménagés ainsi dans les voutes, ils étoient apparamment faits pour donner quelque jour aux prisons, & peut-être aussi pour jetter à manger aux bêtes qui étoient enfermées.

---

apertam tenet. Carceres vero fornices erant subterranei, in queis includebantur feræ. Portæ autem versus arenam amphitheatri sitæ erant. Quæ portæ aperiebantur, cum emittendæ feræ erant, ut in amphitheatro pugnarent. In his autem arenis foramina videntur, quibusdam instructa marginibus. Hæc porro foramina in fornicibus adornata erant, ut credere est, quo lucem infunderent in carceres, ac forte etiam ut inde cibus feris immiteretur.

Fin du Tome troisiéme.



TABLE

TABLE DES MATIERES
DU TROISIE'ME TOME.

A

B

C

Fluc-

G

H

I

K

L

M

N

O

Q

R

V

Fin de la Table des Matiéres.